TERENTIVS

A M. ANTONIO MVRETO, LOCIS PROPE INNVMERABI-libus emendatus, & argumentis in singulas fabulas illustratus.

VVLGATAE annotatiúculę in margine ad scriptæ: Argumenta in omnes scenas: Index vocum antiquarum apud Terentium.

SEORSVM EXCVSAE

Annotationes Mureti, auctæ à Francisco Fabricio Marcodurano.

Variæ lectiones siue emendationes potius, è veteribus exemplarib. Theodori Pulmanni.



LONDINI.
EX OFFICINA THOMAE MARSHI.
Cum priuilegio.


Collegium Beatæ Mariæ
De Etona

P. TERENTII VITA,

EX ÆLIO DONATO.



VBLIVS Terẽtius Afer, Carthagine natus, seruiuit Romæ Terentio Lucano Senatori: a quo ob ingenium, & formam non institutus modò liberaliter, sed & maturè manumissus. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet: cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit, & mortuus: nec si à Numidis aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos, & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cũ multis nobilibus familiariter vixit, sed maximè cũ Scipione Africano, & cũ Lælio, quib⁹ etiã corporis gratia conciliatus existimatur. Quod & ipsum Fenestella arguit, cõtẽdẽs vtroque maiorẽ natu fuisse: quamuis Cornelius Nepos æquathe omneis fuisse tradat, & Porci⁹ suspicionẽ de cõsuetudine per hæc faciat:

Dum lasciuiam nobilium, & fucosas laudes petit,
Dum Africani voci diuinæ inhiat auidis auribus,
Dum ad Furium se cœnitare & Læliũ, pulcrũ putat,
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanũ rapi
Ob florem ætatis suæ: ad summã inopiam redactus est.
Itaq; è cõspectu omniũ abijt Greciã in terrã vltimã.
Mortu⁹ est in Stymphalo Arcadiæ oppido: nil Publi⁹
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabãt nobiles facillimè:
Eorũ ille opera ne domum quidẽ habuit cõductitiam,

 Saltem

Saltem vt esset, quò referret obitũ domini seruulus.
Scripsit Comœdias sex, ex quibus primam Andriam cum ad ædiles daret, iussus ante Cæcilio recitare: ad cenantẽ cum venisset, dictus est initium quidem fabulæ, quòd erat cõtemtiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens, legisse: post paucos vero versus, inuitatus vt accumberet, cenasse vna, deinde cetera percurrisse, nõ sine magna Cæcilij admiratione: & hanc autẽ, & quinque reliquas æqualiter populo probauit. Quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita scribit:

Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

*Eunuchus quidem bis acta est, meruitq́ precium quantum nulla antea cuiusquã Comœdia, * videlicet, octo millia nummûm, propterea summa quoque titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiã præfert principio Menandri. Nõ obscura fama est, adiutũ Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscũ familiariter vixit. Eandẽ ipse auxit: nũquã enim nisi leuiter se tutari conatur, vt in prologo Adelphorũ:*

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, assidueq́ vna scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent:
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsu' est sine superbia.

Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat, Lælio & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem: quæ tamen magis, & vsque ad posteriora tempora valuit. Q. Memmius in oratione pro se ait: Publius Africanus, qui à Terentio personam mutuatus, quæ domi luserat, ipse nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lælium quondam in Puteolano Kalendis Martijs admonitum ab vxore, temporius

** id est, Octo H.S. decentorũ coronatorũ precium est.*

Prælatus Menandro Terentius.

vt

vt discűberet, petÿsse ab ea, ne interpellaretur: serius tã
tem ingressum triclinium, dixisse non sæpe in scribendo
magis successisse sibi: deinde rogatũ vt scripta illa proferret, pronũtiasse versus, qui sunt in Heautontimorumeno

Satis pol proterue me Syri promissa huc induxerunt. Santra Terentium existimat, si modo in scribẽdo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Lælio vti potuisse, qui tunc adolescentuli fuêre, quam Sulpicio Gallo, homine docto, & qui * consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, cõsulari vtreque, ac poeta. Ideo ipsum non iuuenes designasse, qui se adiuuisse dicerentur: sed viros, quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus sit expertus. Post editas Comœdias nõdum quintum atque trigesimum egressus annũ, caussa euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta, moresq́, quos perinde exprimeret in scriptis: egressus vrbe est, neque amplius redÿt. De morte eius Volcatius tradit:

*Forte consualibus.

Terentÿ mors.

Sed vt Afer sex populo edidit Comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit: nauim cum semel
Conscendit, visus nunquam est: sic vita vacat.

Quintus Consentius redeũtem e Græcia perÿsse in mari dicit cum centũ & octo fabulis conuersis e Menandro. Ceteri, mortuum esse in Arcadia Stimphalo, siue Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio nobiliore Cõsulibus, morbo implicitum acri, dolore ac tædio amissarum fabularum, quas in naui præmiserat, ac simul fabularum, quas nouas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ equiti Romano nupsit. Item hortulos xx. iugerum, via Appia ad Martis villam. Quo magis miror Porcium scribere: *Nil Publius*

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,

Facillimè agentes appellat diuites, ac potentes.

Tres per idē tempus qui agitabant nobiles facillimè.
Eorum ille opera ne domū quidē habuit cōductitiā:
Saltem vt esset, quò referret obitū domini seruulus.

Hūc Afranius quidē omnibus Comicis præfert, scribēs in Compitalibus:

Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Næuio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoque postponit. Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti
Conuersum, expressumq; Latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Cæsar.

Tu quoque, tu in summis ò dimidiate Menander
Poneris, & meritò, puri sermonis amator.
Lenibus atque vtinam scriptis adiuncta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios poëtas fuisse scribit Metius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo: alter Libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Actæone ait:

Hæ quæ vocantur Fabulæ, cuius sunt?
Non his, qui iura populis recensens dabat
* Summo honore affectus, fecit fabulas?

* Honore summo.

Duo ab Apollodoro translata esse dicuntur Comica, Phormio, & Hecyra: quatuor reliqua à Menandro, ex quibus magno successu, & pretio stetit Eunuchus, Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

IN ANDRIAM,
ARGVMENTVM.

CHremes, & Phania fratres Athenienses fuerunt. eorũ, Chremes profecturus in Asiã, Pasibulam filiolam, quã tum vnicam habebat, fratris fidei credidit. profecto eo, contingit, vt in Græcia magni bellorum motus excitarẽtur. quos fugiens Phania, cũ imposita secũ in nauim puella, ad fratrem iter cepisset, vi tempestatis fracta naui, apud Andrum insulã eiectus est. ibi applicat se ad Andriũ quẽdã, hominẽ haud magna in re: à quo tamen benignè humaniterq; exceptus, non ita multò post moritur. Hospes Andrius relictę apud se puellæ, cõmutat nomẽ, & pro Pasibula, Glycerium nominat: cúmque per aliquot annos eã cũ filia Chryside, pari vtrâque studio, educasset, decedit ipse quoque de vita. Chrysis, quę se & orbam, & inopem videret, abrepta secum Glycerio, Athenas nauigat: vbi cùm aliquandiu vitam lana telaqúe tolerasset, ad postremùm adolescentũ blãditiis, & pollicitationibus victa, quęstũ corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter ceteros Pamphylus, Simonis filius, probus, & liberali pręditus ingenio adolescens, qui non Chrysidis ille quidẽ, sed ipsius Glycerii mirifico quodã amore percussus, prim⁹ solusque cũ ea rẽ habuit, fidémque iam grauidę dedit, eam sibi vxorẽ fore. Susceperat & postea Chremes aliam filiã, Philumenam nomine, eámque (iam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adolescentis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa? vltro ad Simonẽ venit, cũ eo negoti-

um conficit: inscio Pamphilo, de communi senũ sententia, faciendis nuptijs constituitur dies. Adhuc hæc erant: cùm Chrysis moritur. ibi primùm Simo de filij amore cognouit. nã cùm ambo verà in fun⁹ prodijsset, accidit vt, posita in igne Chryside, Glycerium se, præ doloris impatientia, eodem cõiectura videretur. Accurrit Pamphilus, eamque mediam amplexus, ita consolari cœpit, vt plurimas minimeque dubias totius rei significationes daret: itaque venit ad Simonem postridie Chremes, conditionem renũciat: comperisse se, Pamphilum peregrinam illam habere in vxoris loco. nescius, ex se natam esse eam, quam ita contumelię caussa peregrinam nominaret. gaudere, ea re intellecta, Pamphilus: dolere cõtra, acringi Simo. aduenit interea dies, qui nuptijs initio fuerat præstitutus. Simo, veteratori aquadam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filij animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi obiurgandi illius caussam fore, quæ ad eum diem nulla satis iusta fuerat: sin annueret: facile se, quod vellet, à Chremete impetraturum: atque ita verò nuptias, dijs adiuuantibus, factum iri. præteriens igitur apud forum, securo iam, & nihil tale metuẽti filio, Pamphile, inquit, abi domũ, ac deos comprecare, vxor tibi ducenda hodie est. hoc dicto, velut improuiso quodã iaculo, sauciatus adolescens, quid ageret, aut quid consilij caperet, nesciebat: cùm ad eum Dauus, vafro admodũ, ac versuto ingenio seruus, animaduersa senis astutia, accurrit. Erat tum vna cũ Pamphilo Charinus, qui adolescens miro quodam amore Philumenæ incensus, frustrà sæpè tenta-

tis

tis illius, nuptijs, ad postremum audito, eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si se saluum vellet, vt vel eam ne duceret, vel saltem nuptijs dies aliquot produceret: Pamphilus eum sua quidē caussa bono esse animo, atque omnia ad impediendas nuptias moliri iubebat: se, quantū in se esset, effectur ū, ea vt ne daretur sibi. adueniēs vt dixi, Dauus, Charinū, iā spei plenū abire ad ambiendos senis amicos iubet: deinde seorsum Pāphilo coniecturas suas aperit, persuadetque, vt patri dicat, se paratum esse vxorem ducere: nam eo pacto, inquit, & patri omnem iurgandi occasionem præcideris & non erit tamen verendum, ne nuptiæ fiant, nunquam enim Chremes tibi semel repudiato, filiam suam iterum cōmissurus est. hæc ita de serui consilio acta longè aliter cecidere, ac putabātur. exorat enim Chremetem Simo. ita res in veratum nuptiarum discrimen adducitur. fortè eo ipso die Glycerium exactis temporibus puerum peperit. eum puerū Dauus, cùm aliter nuptias disturbare non posset, pro foribus ædium Simonis ab ancilla collocandum curat, in eum cùm incidisset Chremes, & è Pamphilo natum esse cognosset, rursum abducit animum à nuptiis, turbæ maximæ concitantur: donec aduenit Crito Andrius, qui, quòd Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendum illius hereditatē Athenas venerat. eius interuētu Chremes filiam agnoscit. ita, summa omniū lætitia, Charino Philumena, Glyceriū Pamphilo nubit.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Iambici trimetri.

SORORE M falsò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium vitiat Pamphilus:
Grauidaq; facta, dat fidem vxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat,
Gnatam Chremetis: atque, vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens, suas
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed, ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abd cat:
Mox filiam Glycerium insperatò agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

AN-

ANDRIÆ PERSONÆ, EARVMQVE INTERPRETATIO.

SIMO, senex, à simo naso.
SOSIA, libertus, à conseruatione & salute.
DAVVS, seruus, Gentile nomen, à gente seruili.
MYSIS, ancilla, etiam gentile.
PAMPHILVS, adolescens, quasi, omnib⁹ charus, aut omnium amicus, aduersus nemini.
CHARINVS, adolescens, gratiosum nomen.
BYRRHIA, seruus, id est, rubeus seu rubicundus.
LESBIA, obstetrix, gentile.
GLYCERIVM, Chremetis filia, à dulcedine.
CHREMES, senex, vel ab enixè exspuendo, vel potius quasi equestris: studio enim alendi equos, Athenienses maximè delectabantur.
CRITO, hospes.
DROMO, lorarius.

Atque hi fabulę sunt interloquutores, reliquarum personarum tantùm mentio fit.

ARCHYLLIS, ancilla
CHRYSIS, meretrix ita appellata, ab auro.
NICERATVS, adolescens: à voto victoria nomē habere videtur.
PASIBVLA, eadem quæ Glycerium, dicta, quasi omnibus consulens.

AN-

ANDRIA TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIB.

M. Fuluio, et M. Glabrione ædilib. curulib. egerunt L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Prænestinus. modos fecit Flaccus Claudij, *tibijs parib. dextris, et sinistris. et est tota græca, edita M. Marcello, C. Sulpicio Coss.

Naum. Miscell. 1. putat leg. tibijs paribus. deinde dext. ut bis acta intelligatur: & ambæ dextræ tibiæ pares sint, impares ambæ sinistræ.

PROLOGVS.

Iambici trimetri.

POETA cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit solum dari,
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo intelligit:
**Nam in prologis scribundis operam abutitur,*
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis respondeat.
Nunc, quam rem uitio dent, quæso animũ aduertite.
||Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui utramuis recte norit, ambas nouerit.
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.
Quæ conuenere, in Andriam, ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque usum pro suis.
Isti id uituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant,
Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster auctores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam

** Maledicta in aduersarium regessurus, cogi uidetur ad respondendum.*

** Vitiũ poetæ obiectum.*

Narratio.

Purgat exemplis.

Potius,

Potius,quam istorum obscuram diligentiam.
**Dehinc vt quiescant porrò,moneo,& desinant*
Maledicere,malefacta ne noscant sua.
||Fauete,adeste æquo animo,& rem cognoscite,
Vt pernoscatis,ecquid spei sit relliquum,
Posthac quas faciet de integro comœdias,
*Spectandæ,an * exigendæ sint vobis prius.*

* *Modeste maledicta deprecatur.*
||*Beneuolentiá auditorũ captat.*
* *id,est,explodenda, vt in prol.Hecyr.*

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Simo narrat liberto primum honestam filii vitam: deinde amatoriam. Ad postremum etiam aperit, quo consilio se daturum illi vxorem simulare statuerit.

Iambici trimetri.

SIMO, SOSIA.

SI. Vos istæc intro auferte: abite.||Sosia
Adesdum: paucis te volo. SO. dictũ puta.
Nẽpe vt curẽtur recte hæc. SI. Imo aliud. SO. quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
SI. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro:
Sed ijs,quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. SO. expecto, quid velis.
SI. ||Ego postquam te emi á paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,
Scis. feci,è seruo vt esses libertus mihi,
Propterea quod seruiebas liberaliter.
Quod habui summum pretium,persolui tibi.
*SO. In memoria habeo. SI. haud * muto factum.*
SO. gaudeo,
Si tibi quid feci,aut facio,quod placeat Simo,&,
Id gratum fuisse aduorsum te,habeo gratiam.
Sed mi hoc molestum est: nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris benefici.
Quin tu vno verbo dic,quid est, quod me velis.
SI. Ita faciam. hoc primum in hac re prædico tibi,

Hic protatica persona inducitur, Sosia sc. quæ deinceps nusquã apparet.

Exordij beneuolentia á meritis captatur.

* *id est, nõ reprehendo. Nan. Miscell.4.*

Quæ

ANDRIA TERENTII.

ACTA LVDIS MEGALENSIB.

M. Fuluio, et M. Glabrione ædil b. curulib. egerunt L. Ambiuius Turpio, L. Atilius Prænestinus. modos fecit Flaccus Claudij, *tibijs parib. dextris, et sinistris. et est tota græca, edita M. Marcello, C. Sulpicio Coss.

Nam. Miscell. 1. putat leg. t bis paribus. deinde dext. vt bis acta intelligatur: & ambæ dextræ tibiæ pares sint, impares ambæ sinistræ.

PROLOGVS.

Iambici trimetri.

POETA cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit solum dari,
Populo vt placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multò intelligit:
**Nam in prologis scribundis operam abutitur,*
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis respondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quæso animū aduertite.
|| Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramuis rectè norit, ambas nouerit.
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo.
Quæ conuenere, in Andriam, ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque vsum pro suis.
Isti id vituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant,
Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster auctores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam

** Maledicta in aduersarium regessurus, cogi videtur ad respondendum.*

** Vitiū poetæ obiectum.*

Narratio.

Purgat exemplis.

Potius, quam istorum obscuram diligentiam.
**Dehinc vt quiescant porrò, moneo, & desinant* * Modestè maledicta deprecatur.
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
||Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite, ||Beneuolentiá auditorũ captat.
Vt pernoscatis, ecquid spei sit relliquum,
Posthac quas faciet de integro comœdias,
*Spectandæ, an * exigendæ sint vobis prius.* * id, est, explodenda, vt in prol. Hecyr.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Simo narrat liberto primum honestam filii vitam: deinde amatoriam. Ad postremum etiam aperit, quo consilio se daturum illi vxorem simulare statuerit.

Iambici trimetri.

SIMO, SOSIA.

SI. Vos istæc intro auferte: abite. ||Sosia Hic protatica persona inducitur, Sosia sc. quæ deinceps nusquã apparet.
Adesdum: paucis te volo. SO. dictũ puta.
Nẽpe vt curẽtur recte hæc. SI. Imo aliud. SO. quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
SI. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro:
Sed ijs, quas semper in te intellexi sitas,
Fide & taciturnitate. SO. expecto, quid velis.
SI. ||Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi Exordij beneuolentia à meritis captatur.
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,
Scis. feci, è seruo vt esses libertus mihi,
Propterea quòd seruiebas liberaliter.
Quod habui summum pretium, persolui tibi.
*SO. In memoria habeo. SI. haud * muto factum.*
SO. gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat Simo, & * id est, nõ reprehendo. Nan. Miscell. 4.
Id gratum fuisse aduorsum te, habeo gratiam.
Sed mi hoc molestum est: nam istæc commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris benefici.
Quin tu vno verbo dic, quid est, quod me velis.
SI. Ita faciam. hoc primum in hac re prædico tibi,

Quæ

Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
SO. Cur simulas igitur? SI. || Rem omnem á principio
audies.
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces, & quid facere in hac re te velim.
|| Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas: nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas, metus, magister prohibebant? SO. ita est.
SI. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos:
Horum ille nihil egregiè præter cetera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. SO. non iniuria: nam id arbitror
Adprime in vita esse vtile, VT NE QVID NIMIS.
SI. Sic vita erat: facilè omneis perferre, ac pati:
Cum quibus erat cumque vna, ijs sese dedere,
Eorum obsequi studijs, aduersus nemini,
Numquam præponens se alijs. ita facillimè
Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares.
SO. Sapienter vitam instituit: namque hoc tempore
OBSEQVIVM AMICOS, VERITAS
ODIVM PARIT.
SI. Interea mulier quædam abhinc triennium
Ex Andro commigrauit huc viciniæ,
Inopia, & cognatorum negligentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
SO. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
SI. *Primum, hæc pudicè vitam, parcè, ac duriter
Agebat, lana, ac tela victum quæritans.
Sed postquam amans accessit, pretium pollicens,
Vnus, & item alter: ita vt ingenium est omnium
Hominum a labore procliue ad libidinem,

*Propositio consilij.

Narratio, quæ exponit amores gnati, & cōsilium suum de nuptiis.

subintellige, animum applicare, adijcere.

Nemo repente fuit turpissim⁹ Gradatim in vitia labimur.

Acce-

Accepit conditionem, dein quæstum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium
Perduxere illuc secum, ut una esset, meum.
Egomet continuò mecum. certè captus est:
Habet. obseruabam manè illorum seruulos
Venientes, aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic sodes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. SO. teneo. SI. Phædrum, aut Cliniā
Dicebant, aut Niceratum. (nam hi tres tum simul
Amabant) eho, quid Pamphilus? quid? symbolum
Dedit, canauit. Gaudebam. item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quicquam attinere. enimuero *spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ:
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum uno ore omnes || omnia
*Bona dicere, & laudare fortunas meas.
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam suam
Cum dote summa filio vxorem vt daret.
Placuit: despondi: hic nuptijs dictus est dies.
SO. Quid obstat, cur non verè fiant? SI. audies.
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. SO. ô factum bene:
Beasti: metui a Chryside. SI. ibi tum filius
Cum illis, qui amabāt Chrysidem, vna aderat frequēs:
Curabat vna funus: tristis interim,
Nonnunquam cōlacrumabat. placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: hic paruæ consuetudinis
Caussa mortem huius* tam fert familiariter:
Quid, si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?

Sedulitas paterna erga filios.

Epiphonema.

|| Scoppa in appendice collectaneorum cap. 7. omnia.
*læta prædicabātur.
Nann. Miscella. i.

sic paulò inf. sciens quã familiariter.
|| Simo huma

Hæc

nitati falso adscripsit, quod erat amoris.

Mira orationis breuitas.

Amor Pāph. erga Glycer. proditur

Hæc ego putabam esse omnia || humani ingenii
Mansuetiq; animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque eius caussa in funus prodeo,
Nihil suspicans etiā mali. SO. hem quid est? SI. scies.
Effertur. * imus. interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam,
Forma. SO. bona fortasse. SI. & voltu Sosia
Adeò modesto, adeò venusto, vt nihil supra.
Quia tum mihi lamentari præter ceteras
Visa est, & quia erat forma præter ceteras
Honesta, & liberali: accedo ad pedissequas:
Quæ sit, rogo. sororem esse aiunt Chrysidis.
Percussit illico animum. atat, hoc illud est,
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa est misericordia.
SO. Quàm timeo, quorsum euadis. SI. funus interim
Procedit: sequimur: ad sepulchrum venimus:
In ignem posita est: fletur. interea hæc soror,
Quam dixi, ad flammam accessit imprudentius,
Sati' cum periclo. ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene || dissimulatum amorem, & celatum indicat:
Accurrit: mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, vt consuetum facile amorem cerneres,
Reiecit se in eum, flens quàm familiariter.
SO. Quid ais? SI. redeo inde iratus, atque ægrè ferens
Nec satis ad obiurgandum caussæ. diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ sese voluit in ignem inijcere, prohibui,
Seruaui. honesta oratio est. SO. rectè putas:
Nam si illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit?
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
Venit Chremes postridie ad me, clamitans,
Indignum facinus, comperisse, Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud sedulo

Negare

Negare factum. ille instat factum. denique
Ita tum discedo ab illo, vt qui se filiam
||Neget daturum. SO. Nõ tu ibi* gnatũ? SI. ne hæc qdẽ
Sati vehemens caussa ad obiurgandum. SO. qui, cedo?
SI. Tute ipse his rebus finem præscripsti pater:
Prope adest, cum alieno more viuendum est mihi:
Sine nunc meo me viuere interea modo.
SO. Quis igitur relictus est obiurgandi locus?
SI.* Si propter amorem vxorem nolit ducere:
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est.
Et nunc id operam do, vt per falsas nuptias
Vera obiurgandi caussa sit, si deneget:
Simul, sceleratus Dauus si quid consili
Habet, vt consumat nunc, cum nihil obsint doli:
Quem ego credo manibus, pedibusq; obnixe omnia
Facturum, magis id adeo, mihi vt incommodet,
Quam vt obsequatur gnato. S. quapropter? SI. rogas?
||Mala mẽs, malus animus. quem quidẽ ego si||sensero.
Sed quid opus est verbis? sin eueniat, quod volo,
In Pamphilo vt nil sit moræ: restat Chremes:
Qui mihi exorandus est, & spero confore.
Nunc tuum est officiũ, has bene vt adsimules nuptias,
Perterrefacias Dauum, obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consilij captet. SO. sat est:
Curabo: eamus iam nunc intro. SI. i præ, sequar.
* Non dubium est, quin vxorem nolit filius:
Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias
Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.

Chremes generũ abdicat.
* Eclipsis.
Prudens Simonis consilium.
Arg. à natura.
* Aposiopesis grauẽ pœnam minantis.
Spargitur res in personas, & institutum consilium exequitur Simo.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Filii amorẽ explorat pater: simulat futuras nuptias: interminatur Dauo pistrinũ, si quid fallaciæ in ipsis conatus fuerit nuptiis. Iambici senarii & octonarii, vnus quaternarius, omnes acatalecti.

DAVVS, SIMO.

D. MIrabar, hoc si sic abiret: & heri semper lenitas.
Verebar, quorsum euaderet.
Qui postquam audierat non datum iri filio uxorē suo,
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id aegre tulit.
SI. At nunc faciet, neq;, vt opinor, sine tuo magno malo.

Callida Dauisuspicio.

D. || Id voluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio,
Sperantes iā amoto metu, interea oscitantes opprimi,
Vt ne esset spatium cogitandi ad disturbādas nuptias:
Astutè. S. carnufex quae loquitur? D. herus est, neque prauideram.
S. Daue. D. hem, quid est? S. ehodum ad me. D. quid hic volt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas?
Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet.

i. audis: Donat. alij pro facis poni cō-tendunt.

S. Hoccine || agis, an non? D. ego vero istuc. S. sed nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est: nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet:
|| Dum tempus ad eā rē tulit, siui animum vt expleret suum:

Indulgentia patris.

Nunc hic dies aliā vitā adfert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, siue aequum est, te oro Daue, vt redeat iam in viam.
D. * Hoc quid sit? S. omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.

Eclipsis, deest .n. uerū.

D. Ita aiunt. S. tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque applicat.

Ad sig. Oedipus. n. solus Sphingis aenigma soluit.

D. Non hercle intelligo. S. non? hem. D. non: || Dauus sum: non Oedipus.
||. Nempe ergo apertè vis, quae restant, me loqui? D. sanè quidem.
S. Si sensero hodie, quidquam in his te nuptijs

Fallaciæ

Fallaciis conari, quo fiant minus:
Aut velle in ea re ostendere, quam sis callidus:
Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam usque ad necem.
E a lege, atque omine, ut, si te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? D. immo callide:
Ita aperte ipsam rem modo locutus: nihil circuitione usus es.
S. Vbiuis, facilius passus sim, quam in hac re, me deluder.
D. **Bona verba quæso. S. irrides? nihil me fallis. sed dico tibi,* — Bono im̃ n ĩtis. Vide Nã n: M scel. l. i. sic sup. omnia bona dicere.
Ne temere facias, neque tu hoc dicas tibi non prædictum. caue.

ACTVS I. SCENA III.

ARG. Delibrat Dauus, velit Pamphilo esse adiutor, an ausculta re seni.

Iambici octonarij & senarii.

DAVVS.

D. E*Nimuero Daue nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ,*
Quantum intellexi modo senis sententiã de nuptijs.
Qui si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt:
Nec, quid agam, certum est, Pamphilum ne adiutem, an auscultem seni.
Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, huius minas:
Cui verba dare difficile est. primum iam de amore, hoc comperit: — i. decipere.
Me infensus seruat, ne quã faciã in nuptijs falaciã.
Si senserit, perijt: aut, si libitum fuerit, caussa ceperit,

Quo iure, quaq; iniuria præcipitē in pistrinū dabit.
Ad hæc mala hoc mi accedit etiam: hæc Andria,
Siue ista vxor, siue amica est, grauida e Pamphilo est:
Audireq; eorum est operæpretium audaciam:
Nam inceptio est amentium, haud amantium:*
Quidquid peperisset, decreuerunt tollere:
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc: fuit olim quidam senex,
Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam:
Is obijt mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam. fabulæ.
Mihi quidem non hercle sit verisimile,
Atqui ipsis commentum placet.
**Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forū, vt*
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

Paronomasia est, quæ a C. c. agnominatio dicitur

Hic parasceue est .i. præparatio ad aliam scenam.

ACTVS I. SCENA IIII.

ARG. Narrat Mysis quamobrem a Glycerio exierit: & hic docet Terētius immoderatū vini vium fugiendū esse iis, qui seriis præsunt negotiis. Nihil est enim q̄ rectè agi ab ebrio possit.

Trochaici, octonarii catalectici.

MYSIS.

M. *AVdiui Archillis iam dudum: Lesbiam adduci iubes.*
Sane pol illa temulenta est mulier, & temeraria,
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierē:
Tamen eam adducā. importunitatē spectate aniculæ:
|| Quia compotrix eius est. Dij date facultatē obsecro
Huic pariundi, atque illi in aliis potius peccadi locum.
Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor, quid siet.
Opperiar, vt sciam, nūquidnā hæc || turba tristitiæ adferat.

Oeconomia expostulat, vt obstetrix arcessatur, & conueniatur Pamphilus.
|| Aposiopesis.
i. turbatio, concio.

ACTVS I. SCENA V.

ARG.

RG. Habet hęc scena Pāphili dolorē de nuptiis: fidē Glycerio seruaturū pollicetur, vel inuito, si res ita exigat, patre. Iābici, & Trochaici octonarii, varie mixti, binarius vnus, quaternarii quatuor.

PAMPHILVS. MYSIS.

P. *HOccine est humanum factum, aut inceptum? hoccine officium patris?*

Querela Pamphili ob nuptias perturbati.

M. Quid illud est?

P. || Pro deûm, atque hominum fidem, quid est, si non hæc contumelia est?

Ex abrupto incipit propositionem iniuriæ, á patris persona.

Vxorem decreuit dare sese mi hodie. non ne oportuit
Præscisse me ante? non ne prius cōmunicatū oportuit?
M. Miseram me, quod verbum audio? P. quid Chremes? qui denegauerat,
Se commissurum mihi gnatā suam vxorē: mutauit id:
Quoniam me immutatum videt.

Mirè poëta hic magnas turbas facit, quo catastrophe maiore gaudio compleatur.

|| Itane obstinatè operam dat, vt me á Glycerio miserum abstrahat?
Quod si fit, pereo funditus.
*Adeon' hominem * inuenustum esse, aut infelicem quenquam, vt ego sum?*

** i. infortunatū Nann. Misc. lib. 1.*

Pro deûm, atque hominum, fidem nullon' ego
Chremetis pacto affinitatē effugere potero quot modis
|| Contemptus, spretus? facta, transacta omnia. hem
Repudiatus repetor, quamobrem? nisi si id est, quod suspicor:

|| Exaggeratur indignitas.

*Aliquid * monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest, (tur.*
Itur ad me. M. oratio hæc me miserā exanimauit me-
P. Nam quid ego dicam de || patre? ah

Propria, & Pathetica.

** Cōtumelia vehemens.*

Tantámne rem tā negligenter agere? præteriēs modò
*Mihi apud forum, * vxor tibi ducenda est Pamphile hodie, inquit: para: (re.*
Abi domū, ad mihi visus est dicere, abi citò, & suspende

Parentis negligentiam carpit.

Obstupui. censen* vllũ me verbum potuisse proloqui?
Aut vllam caussam, ineptam saltem, falsam, iniquã?
obmutui.
||Quid si ego prius id rescissem: quid facerem, si quis
nunc me roget:
Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. *. sed nunc primum quid exsequar?
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt:
Amor, huius misericordia, nuptiarum sollicitatio,
Tum || patris pudor, qui me tam leni passus est animo
vsque adhuc,
Quæ meo cumque animo libitum est, facere: eine ego
vt aduorser? hei mihi,
Incertum est, quid agam. M. misera timeo, hoc incertum quorsum accidat.
Sed nunc peropu' est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduorsum hunc loqui.
Dum in dubio est animus, paulo||momento huc illuc
impellitur.
P. Quis hic loquitur? Mysis salue. M. ô salue Pamphile. P. Quid agit? M. rogas?
Laborat è dolore: atque ex hoc misera sollicita est, diẽ
Quia olim in hunc sunt constituta nuptiæ: tum autem
hoc timet,
Ne deseras se. P. hem, ||egone istuc conari queam?
Ego propter me illam decipi miseram sinam,
Quæ mihi suum animũ, atque omnem vitam credidit,
Quam ego animo egregiè charã pro vxore habuerim:
Bene, & pudicè eius doctum, atque eductum, sinam,
Coactum egestate ingenium immutarier?
Non faciam. M. haud vereor, si in te solo sit situm:
Sed vim vt queas ferre. P. adeon' me ignauum putas?
||Adeon' porro ingratũ, aut inhumanum, aut ferũ,
Vt

*Aegrè admanies de re vxoria audiunt.

Deliberatio, & eius partes.

Dissolutio seu articulus de ficientibus copulis. Consultatio sequitur querelã. fugit enim cordatũ adolescentẽ. ||Patris indulgẽtiam arguit.

Metaph. à mole põderis in statera pẽdentis

Lẽta et mæsta responsio. Magna vis est in pronominibus: nec præcipitater, sed interrupte, proferenda sunt.

Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem?
M. Vnũ hoc scio, hãc meritã esse, vt memor esses sui.
P. Memor essem? ô Mysis Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio. iam ferme moriens me vocat:
Accessi: vos semotæ: nos soli: incipit:
||Mi Pamphile, huius formam, atque ætatem vides:
Nec clam te est, quam illi vtræque res inutiles
Et ad pudicitiam, & tutandam ad rem sient.
Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum,
Per tuam fidem, perque huius solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras,
Si te in germani fratris dilexi loco:
Siue hæc te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
Hanc mi in manũ dat: mors continuo ipsam occupat.
Accepi. acceptam seruabo. M. ita spero quidem.
P. Sed cur tu ab illa? M. obstetricẽ accerso. I ||propera:
Atque audin'? verbum vnum caue de nuptiis,
Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

Confirmatio ab honesto, & totus locus mire patheticus.

Prosopopœia est, & principiũ a blandimento.

Cõcludit partem deliberationis suæ per electionẽ

ACTVS II. SCENA I.

ARG. Charinus intelligit Pamphilo nupturã Philumenam. Idem rogat Pamphilum, ne ducat. Hic Charinus & Byrrhia fabulæ adiiciuntur, ne spreta relinquatur Philumena.

Iambici senarii & octonarii: & vnus quaternarius: Item Trochaici Iambicis permixti.

CHARINVS, BYRRHIA, PAMPHILVS.

C. QVid ais Byrrhia?
Datur illa Pamphilo hodie nuptum? S. sic est. C. qui scis Byrrhia?

Hic velut omisso arg. principali,

Charinũ, ut plus in fabula sit turbæ.

B. Apud forum modo de Dauo audiui. C. væ misero mihi.
Vt animus in spe, atque in timore vsque antehac attentus fuit,

Quanta hic Terentij ars fuerit, vide Nan Mis. 1. 8.

Ita, postquam adempta spes est, lassus, cura confectus stupet.
B. || Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest, (volo.

Sanum Birrhæ consiliũ attendant tũ amatores, tũ Physici.

Velis id, quod possit. C. nihil aliud, nisi Philumenam,
B. Ah, quanto satius est, id operam te dare,
Istum qui amorẽ ex animo amoueas, quàm id loqui,
Quo magis libido frustra incendatur tua.
C. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, vt lubet. C. sed Pamphilum
Video. omnia experiri certum est, priùs, quàm pereo.
B. Quid hic agit?
C. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum:

Sic Donatus & Nonnus.

Credo, impetrabo, vt aliquot saltẽ nuptijs* prodat dies.
Interea fiet aliquid, spero. B. id aliquid nihil est. C. Byrrhia,
Quid tibi videtur? adeon' ad eum? B. quid ni? si nihil impetres,
Vt te arbitretur sibi paratũ mœchũ, si illam duxerit.
C. Abi hinc, abi in malam crucem cum suspicione istac, scelus,
P. Charinum video, salue. C. ô salue Pamphile:

Artificiose consiliũ postponit.

Ad te aduenio, spem, salutem, auxilium, || consilium expetens.
P. Neque pol consili locum habeo, neque auxilij copiã.
Sed istuc quidnam est? C. hodie vxorem ducis? P. aiunt. C. Pamphile,

Si

Si id facis, hodie postremum me vides. P. quid ita? C. hei mihi,
Vereor dicere: huic dic quæso Byrrhia. B. ego dicam. P. Quid est?
B. Sponsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sentit. ehodum dic mihi,
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? C. ah Pamphile,
Nil. P. || quam vellem. C. nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,
Principio vt ne ducas. P. dabo equidem operam. C. sed si id non potes,
Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. cordi? C. saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquò, ne videam. P. audi nunc iam:
Ego Charine neutiquam officium esse liberi puto,
Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
Nuptias effugere ego istas malo, quam tu adipiscier.
C. Reddidisti animum. P. nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia,
|| Facite, fingite, inuenite, efficite, quî detur tibi:
Ego id agam, mihi quî ne detur. C. sat habeo. P. Dauum optumè
Video. huius consilio fretus sum. C. at tu hercle haud || quidquam mihi,
Nisi ea, quæ nihil opus sunt sciri. fugin' hinc? S. ego verò ac lubens.

Scilicet abs te esse cogitam.

Mirè exprimit affectum nuptias recusantis.

Eclipsis sc. dicis.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Dauus cùm ex variis coniecturis, & signis comperisset nuptias non cohærere, Pamphilum toto quærens oppido, exsultat insolentius.

Trochaici octonar. catalectici.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

D. DI boni, boni quid || porto? sed vbi inueniam Pamphilum,

Portamus & corpore & animo.

**Recto ordine primis me-*

tus tollitur quam gaudium infundatur.

*Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque expleam animum gaudio?

C. Laetus est, nescio quid. P. nihil est. nondum haec rescivit mala.

D. Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias.

C. Audin' tu illum? D. toto me oppido exanimatum quaerere. Sed vbi quaram? aut quo nunc primum intendam? C. cessas alloqui?

D. Abeo. P. Daue ades, resiste. D. || quis homo est, qui me? o Pamphile,

Serviliter exsultat Dauus.

Te ipsum quaero. euge o Charine: ambo opportune. vos volo.

P. || Daue, perij. D. quin tu hoc audi. P. interij. D. quid timeas, scio.

Mira compendia contrahit hic poeta, nec tamen affectus personarum perdit.

C. Mea quidem hercle in dubio vita est. D. || & tu quid, scio.

P. Nuptiae mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtundis, tametsi intelligo.

Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. C. rem tenes.

*timeas

P. Istuc ipsum. D. || atque istuc ipsum, nil pericli est: me vide.

Propositio.

P. Obsecro te, quamprimum hoc || me libera miserum metu. D. hem, scio.

Perfecta securitas, liberatio vocatur, ideo dicitur, libera me

Libero: vxorem tibi iam non dat Chremes. P. qui scis? D. Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi vxorem dare Hodie, item alia multa, quae nunc non est narrandi locus. Continuo ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi haec.

Vbi te non inuenio, ibi adscendo in quendam excelsum locum, Circumspicio: nusquam. forte ibi huius video Byrrhiam:

Mira, & imitanda breuitas.

|| Rogo: negat vidisse: mihi molestum: quid agam, cogito. Redeunti interea ex ipsa re mi incidit suspectio: hem, Paullulum obsoni, ipsus tristis, de improuiso nuptiae:

Non

Non cohærent. P. quorsumnam istuc? D. egomet continuò ad Chremem.

Cum illò aduenio, solitudo ante ostium: iã id gaudeo.

P. Rectè dicis, perge. D. ||maneo: interea introire neminem

Video, ||exire neminem, matronam nullam, in ædibus

Nil ornati, nil tumulti. accessi, introspexi. P. scio.

Magnũ signũ. D. nũ videntur conuenire hæc nuptijs?

P. Nõ, opinor, Daue. D. opinor, narras: nõ rectè accipis.

Certa res est. etiam puerũ inde abiẽs cõueni Chremis,

Holera, & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.

C. Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at|| nullus quidem.

C. Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. D. ridiculum caput.*

Quasi necesse sit, si huic nõ dat, te illã vxorẽ ducere.

Nisi vides, nisi senis amicos oras, ||ambis. C. bene mones.*

Ibo: etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. vale

Callidũ Daui factum.
**Nota arg. à sequentib.*
pro, nõ ita in Eun. act. 2. sc. 1. & in Hecyr. act. 1. sc. 2.
**pro. hominẽ Synecdoche.*
**id est, prouides.*
||Eclipsis, deest enim, nihil efficies.

||*ACTVS II. SCENA III.*

ARG. Suadet Pamphilo, atque etiã persuadet Dauus, vt patri dicat, vxorem se ducturum.

Trochaici octonarii catalectici, iambici senarii & octonarii acatalectici.

PAMPHILVS DAVVS.

P. QVid igitur sibi volt pater? cur simulat? D. ego dicam tibi.

Si id succenseat nũc, quia nõ det tibi vxorẽ Chremes,

Ipsu' sibi esse iniurius videatur: neque id iniuria:

Prius, quam tuum, vt sese habeat, animũ ad nuptias perspexerit.

Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:

Tum

** In manuscriptis coniũgutur hæc superioribus.*
Cogitabundè & stomachosè.
Seruus hoc consilio herũ in nuptias conijcit.

Tum illæ turbæ fient. P. quid? vis, patiar? D. pater est Pamphile. (venerit
Difficile est. tũ hæc sola est mulier, *dictũ ac factũ in-
Aliquam caussam, quamobrem eijciat oppido. P. eij-ciat? D. cito.
P. Cedo igitur, quid faciam Daue? D. dic te ducturum.
P. hem. D. quid est? (nega.
P. Ego dicam? D. cur non? P. nunquam faciam. D. ne
P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat, vide.
P. Vt ab illa excludar, * huc concludar. D. nõ ita est.
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie uxorem: tu, ducam, inquies:
Cedo, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt fient,
Sine omni periclo: nã hocce haud dubiũ est, quin Chremes
Tibi non det gnatam: nec tu ea caussa * minueris
Hæc quæ facis, ne is mutet suam sententiam.
Patri dic velle: vt, cùm velit tibi iure irasci, non queat.
Nam quod tu || speres, propulsabo facile, vxorẽ his moribus
Dabit nemo. inopem inueniet potius, quàm te corrumpi sinat:
Sed si te æquo animo ferre accipiet, neglegentẽ feceris.
Aliam otiosus quæret: interea aliquid acciderit boni.
P. Itan' credis? D. haud dubium id quidem est. P. Vide, quò inducas. D. quin taces?
P. Dicam. puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, || cautio est:
Nam pollicitus sum suscepturũ. D. ò facinus audax. P. hanc fidem
Sibi, me obsecrauit, qui se sciret nõ deserturũ, vt darẽ.
D. || Curabitur. sed pater adest. caue, te esse tristem sentiat.

ACTVS

celeriter.

Ita Don. Linacer verò hac

Nam. Misc. r. timueris. hæc (pro ob hæc) quæ facis.

|| aliј speras, itimes. Virgil Aeneid. 1. At sperate Deos. G. Fabricius.

i. Cauẽdum est. Donat.

Impersonaliter, tamquam arduũ & graue,

ACTVS II. SCENA IIII.

ARG. Hęc scena cõsiliorũ executionẽ habet. Monet Pamphilũ Dauus, apud patrẽ ne titubet: sed animo præsenti loquatur. Iambici senarij.

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

S. REuiso, quid agant, aut quid captent consili.
D. Hic nũc non dubitat, quin te ducturum neges.
||Venit meditatus alicunde ex solo loco:
Orationem sperat inuenisse se,
Qua* differat te: proin' tu fac, apud te ut sies.
P. Modo ut possim. D. crede mihi hoc, inquã, Pãphile,
Nunquam hodie tecum || commutaturum patrem
Vnum esse verbum, si te dices ducere.

Act o tribus rebus cõstat: cogitando, dicedo, gerẽdo. i. disturbet. ||Commutare verba, est pro bonis dictis mala ingerere.

ACTVS II. SCENA V.

ARG. Pamphilum Byrrhia obseruat: idem Pãphilus patri respondet, se facturum quę volet ille omnia: hæc mox eadẽ renunciat Byrrhia. Eiusdem generis.

BYRRHIA, SIMO, DAVVS. PAMPHILVS.

B. HE||Rus me, relictis rebus, iussit Pamphilum
Hodie obseruare, ut, quid ageret de nuptijs,
Scirẽ. id propterea nũc hunc venientẽ sequor.
Ipsum adeò præsto video cum Dauo. hoc agam.
S. Vtrunq; adesse video. D. hem serua. S. Pamphile.
D. Quasi de improuiso respice ad eũ. P. hem pater.
D. Probe. S. hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
B. Nunc nostræ parti timeo, quid hic respondeat.
P. || Neque istic, neq; alibi tibi usquam erit in me mora.
B. hem.
D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis, ut te decet,
Cum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.
D. Sum verus? B. herus, quantũ audio, uxore excidit.
S. I iam nunc intro, ne in mora, cum opus sit, sies.
P. Eo. B. || nullane in re esse homini cuiquam fidem?

Iterũ mirẽ, cum oẽs cõsultissime sibi agere videantur, inopinato rerũ exitus ludificantur.

Vafrũ Pamphili responsum.

Sic Virg 4. Aeneid. Nusquam tuta fi

Verum

Verum illud verbum est, volgò quod dici solet,
OMNES sibi, melius malle esse, quàm alteri.
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre: quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis, quàm illum, amplecti maluit.
Renunciabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

des. Iuuen. Fronti nulla fides.

ACTVS II. SCENA VI.

ARG. Dauus Simonẽ, & Dauũ Simo fallit: quę res non iniucunda est. Eiusdem metri.

DAVVS, SIMO.

D. HIc nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia.
S. Quid Dauus narrat? D. æquè quidquã nũc quidẽ.
S. Nihil ne? hẽ. D. nihil prorsꝰ. S. atq; expectaba quidẽ
D. Præter spem euenit: sentio: hoc malè habet virum.
S. Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.
S. Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ,
Huiusce propter consuetudinem hospitæ?
D. Nihil hercle: aut, si adeo, biduũ est, aut triduũ
Hæc solicitudo: nostin'? deinde desinet:
Etenim eam secum rem recta reputauit via.
S. Laudo. D. dum licitum est illi, dumq; ætas tulit,
Amauit: tum id clam cauit, ne vnquam infamiæ
Ea res sibi esset, ut virum fortem decet.
Nunc vxore opus est: animum ad vxorem appulit.
S. Subtristis visu' est esse aliquantulum mihi.
D. Nihil propter hãc rem sed est, quod succenseat tibi.
S. Quidnam est? D. puerile est. S. quid est? D. nihil.
S. quin dic, quid est.
D. Ait nimium parcè facere sumptũ. S. méne? D. te.
Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem:
Num filio videtur vxorem dare?
Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium
Potissimum nunc? &, quod dicendum hic siet,

Dauus ita loqui videtur, ut spectator tantũ audiat, sic tamẽ ait, ut velit audiri a Simone.

Fallacia alia aliã trudit.

Quid in amore cauendum.

Sub, significatum temperat.

Drachma ex xviij. siliquis constat. i. ex iij. scrupulis: est autẽ planè denarius.

*Tu quoque perparcè nimium.*non laudo. S. tace.*
D. Commoui. S, ego, istæc rectè vt fiant, videro.
Quidnã hoc rei est? quidnã hic volt || veterator sibi?
Na si hic mali est quid quã, hĩ illic est huic rei caput.

ACTVS III. SCENA I.

ARG Simo prę nimia sagacitate mirũ in modũ fallitur, partũ simulari credens, qui verus erat. Eiusdem mensurę.

MYSIS, SIMO, DAVVS. LESBIA, GLYCERIVM.

M. I || ta pol quidem res est, vt dixti Lesbia:
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.
S. Ab Andria est ancilla hæc. quid narras? D. ita est.
M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. firmauit fidem. S. hem.
D. Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.
M. Nam quod peperisset, iussit tolli. S. ô Iupiter,
Quid ego audio? actũ est, si quidẽ hæc vera prædicat.
L. Bonum ingeniũ narras adolescentis. M. optimum.
Sed sequere me intro, ne in mora illi sis. L. sequor.
D. Quod remediũ nunc huic malo inueniam? S. quid
Adeon' est demens? ex peregrina? iam scio ah (hoc?
Vix tandem sensi stolidus. D. quid hic sensisse se ait?
S. Hæc primum affertur iam mihi ab hoc || fallacia.
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
G. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.
S. Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium
Me audiuit stare, approperat. non sat commode
Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc. D. mihin'?
S. || Num immemor es discipuli? D. ego, quid narres,
S. Hiccine si me imparatũ in veris nuptijs (nescio.
Adortus esset, quos mihi ludos redderet?
Nunc huius periculo fit. EGO in portu nauigo.

ACTVS III. SCENA II.

ARG.

Modestia vtitur: non enim dicit, reprehendo. || Veterator induratus, & tritus in astutia.

Oeconomia comica sæpe sic se habet, vt casu putetur euenisse, quod consilio factum sit.

Deceptio senis ex suspicione.

Lesb & Mysis, an ne rectè agũt causam Pãphili tui? vel soli-

citusne es satis de Paph.

ARG. Lesbia egrediens narrat, quo in statu sit Glyceriū puerpera, simul agit de dāda illi potione, imitata medicos. Deinde Simo & Dauus de puero nato callide alterantur. Trochaici iābici mixti senarii & octonarii acatalectici & catalectici, quibus interpositi suis locis bini quaternarii. *LESBIA, SIMO, DAVVS.*

adso. consuetud nis est: op. necessitatis.

L. *ADhuc Archillis, quæ || adsolent, quæq; oportet*
Signa ad salutē esse, omnia huic esse video.
Nunc primum fac, istæc vt lauet, post deinde,
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui,
Date: mox ego huc reuertor.
Peræcastor scitu' puer natu' est Pamphilo.
Deos quæso, vt sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono,
Cumq; huic veritus est optumæ adolescenti facere iniuriam.

id est, etiam. Locus ab incongruentia rei & temporis.

S. || Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum D. quidnam id est?
S. Non imperabat corā, quid opus facto esset puerperæ:
Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt intus, clamat de via.
O Daue, itan' cōtemnor abs te? aut itáne tandē idoneus
Tibi videor esse, quē tā aperté fallere incipias dolis?
Saltem accuraté, vt metui videar, certé si resciuerim.

Dauus hæc secum.

D. || Certé hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego. SI. edixin' tibi'
Interminatus sū, ne faceres? nū || veritus? quid rettulit?

Verecūdia liberi est, serui veró metus.

Credon' tibi hoc, nunc peperisse hanc é Pamphilo?
D. Teneo, quid erret: quid ego agam, habeo. S. quid taces? (fore.
D. Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic

Hæc ad senis perspicatiam

*S. * Mihin' quisquam? D. eho, an tute intellexti hoc adsimulari? S. irrideor.*

D.Renunciatum est: nã qui istæc tibi incidit suspectio?
S.Qui? quia te noram. D.quasi tu dicas, factum id consilio meo.
S.Certè enim scio. D.non satis me pernosti etiam, qualis sim, Simo. (dari
S.|| Egóne te? D.sed, si quid narrare occepi, continuo
Tibi verba censes. S.falso. D. itaque hercle nihil iam mutire audeo.
S.Hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. D.intellextin'?
Sed nihilo seciu' mox || deferent puerũ huc ante ostiũ.
Id ego iam nũc tibi renũcio here futurũ, ut sis sciens:
Ne hoc posterius dicas, Daui factũ cõsilio, aut dolis.
Prorsus à me opinionem hãc tuã ego esse amotã volo.
S.Vnde id scis? D.audiui, & credo. multa concurrunt simul,
Qui coniecturã hanc nunc facio. iam primum hæc se è Pamphilo (videt
Grauidã dixit esse. inuentũ est falsum. nunc, postquã
Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam, & puerum ut adferret simul.
Hoc nisi fit, puerũ ut tu videas, nil || mouentur nuptiæ.
S.Quid ais? cùm intellexeras,
Id consilij capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?
D.|| Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem (petit.
Scimꝰ, quàm miserè hãc amarit: nũc sibi uxorem ex-
Postremò id mihi da negoti. tu tamen idem has nuptias
Perge facere ita, ut facis: &, id spero adiuturos deos.
S.Immo abi intro. ibi me opperire, & quod parato opus est, para.
Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem.
Atque haud scio, an, quæ dixit, sint vera omnia:

spectat. q.d. ego ipse intelligo.

Ista pronom. vehementiã habent.

Vbi sentit seni nondũ persuasum hanc parere, affirmat seruus hanc parere: & tamen ita narrat, ut ad opinionem senis faciat simulari partum.

*Multis signis cõiectura constat.

id est, perturbantur.

Pamphilum ab amore diuertisse asserit.

Vide quàm disertè, & latinè Simo hæc secum.

Sed paruipendo. illud mihi multo maximum est,
Quod mihi pollicitu' est ipsus gnatus. nũc Chremem
Conueniam: orabo gnato vxore n: si impetro,
Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias?
Nã gnatus quod || pollicitu' est, haud dubiũ est mihi,
Si nolit, quin eum meritò possim cogere.
Atque adeo in tẽpore eccum ipsum obuiam Chremem.

Pollicitatio, est magnarũ rerum promissio

ACTVS III. SCENA III.

ARG. Congressu duorũ senũ, ex falsis veræ fiũt nuptiæ. Iãbici octonarij & senarii acatalectici, vnus quaternarius: ad finẽ octonarii catalectici.

SIMO, CHREMES.

S. I || Vbeo Chremetem. C. oh, te ipsum quærebam.
S. & ego te. C. optatò aduenis. (liã
|| Aliquot me adière, ex te auditũ qui aiebãt, hodie fi-
Meã nubere tuo gnato: id viso, túne, an illi insaniant.
S. Ausculta paucis: & quid ego te velim, & , tu quod quæris, scies.
C. Ausculto: loquere, quid velis.
S. Per ego te deos oro, & nostram || amicitiã Chreme,
Quæ incepta a paruis cum ætate accreuit simul:
Perque vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi potestas summa seruandi datur:
Vt me adiuues in hac re, atque ita, vti nuptiæ
*Fuerant futuræ, fiant. C. * ah ne me obsecra:*
Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.
Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam?
|| Si in rem est vtrique, vt fiant, accersi iube.
Sed si ex ea re plus mali est, quam commodi
Vtrique, id oro te, in commune vt consulas,
|| Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.
S. Imo ita volo, itaque postulo vt fiat, Chreme:
Neque postulem abs te, nisi ipsa res moneat. CH. quid est?
S. Iræ sunt inter Glycerium, & gnatum. C. audio.
S. Ita

Iubemur verbis, volumus animo.
** Ex fictis nuptijs vera fiunt: idque initium est epitaseos periculi in fabula.*
Commend. amicitiæ à vetustate, & est obtestatio a reb. de quibus agitur.
** Vox plena officij, & caritatis.*
Ab vtili accurata locutio.
Suauiss. est cõmutatio, est a possibili.

S. Ita magnæ, vt sperem posse auelli. C. fabulæ.
S. Profectò sic est. C. sic hercle, vt dicam tibi:
AMANTIVM iræ, amoris integratio est.
S. Hem, id te oro, vt ante eamus, dum tempus datur,
Dumq; eius lubido occlusa est contumelijs,
Prius quam harū scelera, & lacrumæ confictæ dolis
Reducant animum ægrotum ad misericordiam. — Inuidiose de vna tantum loquitur.
Vxorem demus. spero consuetudine, &
Coniugio liberali deuictum, Chreme,
Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis.
C. Tibi ita videtur: at ego non posse arbitror — Chre. Pamphili amorē suspectū habet.
Neq; illum hanc perpetuò habere, neq; me perpeti.
S. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris?
C. At istuc periculum in filia fieri, graue est.
S. Neque incommoditas denique huc omnis redit:
Si eueniat, quod dij prohibeant, discessio.
At si corrigitur, quot commoditates, vide: — Parenthesis per Euphonismū, ab honesto & vtili
**Principio amico filium restitueris,*
Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.
C. Quid istuc? si istuc animum induxti esse vtile,
Nolo tibi vllum commodum in me claudier. — *Diluit summatim omnes obiectiones.
S. Meritò te semper maxumi feci Chreme. (inter se?
C. Sed quid ais? S. quid. C. qui scis eos nunc discordare
S. Ipsus mihi Dauos, qui intimus est eorū cōsilijs, dixit: — Testis commendatio.
Et is mihi suadet, nuptias, quantū queā, vt maturem.
Num censes faceret, filium nisi sciret eadē hæc velle?
Tute adeò iam eius audies verba. heus euocate huc
Sed eccum video ipsum foras exire. (Dauom.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. Dauus seni insultās, hortatur eum ad faciendas nuptias: non enim putabat fore, vt sic ageretur. Cum igitur videt herū serio de tradenda filia colloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur.

Iambici octonatij, & vnus quaternarius.

DAVVS, SIMO, CHREMES.

B. Ad epitasin periculi pertinet quod eò res redit, ut Daui consilia obsint Pamphilo.

*Grauis oratio ab hoc pronomine plerunque exorditur.

Simo rem Dauo aperit.

Versuta Daui dißimulatio.

Sic alibi: Orator ad vos venio, sinit exorator ut siem.

Pollicetur quod minimè intendit.

D. A||D te ibam. S. quidnam est?
D. Cur non accersitur? iam aduesperascit.
S. audin' tu illum?
*Ego dudū non nihil veritus sum Daue abs te, ne faceres idem,
Quod volgus seruorū solet, dolis ut me deluderes,
Propterea quòd amat filius. D. egon' istuc facerem? S. credidi:
Idq; adeò metuens vos celaui, quod nunc dicam. D. quid? S.|| scies:
Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. tandem agnosti, qui siem. (gratia
S. Non fuerant nuptiæ futuræ. D.|| quid non? S. sed ea
Simulaui, vos ut pertentarem. D. quid ais? S. sic est res. D. vide.
Nunquam quiui ego istuc intelligere. vah consilium callidum.
S. Hoc audi. ut hinc te iußi introire, opportunè hic fit mihi obuiam.
D. Hem numnam perijmus? S. narro, quæ tu dudum narrasti mihi.
D. Quidnam audio? S. gnatum ut det* oro, vixq; id exoro. D. occidi.
S. Hem, quid dixti? D. optume inquam factum. S. nunc per hunc nulla est mora.
C. Domum modo ibo. ut apparentur, dicam: atque huc renuncio.
S. Nunc te oro, Daue, quoniam solus mihi effecisti has nuptias. (tere.
D. Ego verò solus. S. corrigere mihi gnatū porro enitere.
D.|| Faciam hercle sedulò. S. potes nunc, dum animus irritatus est.

D. Qui-

D. Quiescas. S. age igitur: ubi nunc est ipsus? D. mirum, ni domi est.

S. Ibo ad eum, atque eadem haec, quæ tibi dixi, dicam itidem illi. D. nullu' sum.

||Quid caussa est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?

Nihil est preci loci relictum: iam perturbaui omnia:

Herum fefelli: in nuptias conieci herilem filium:

Feci hodie, vt fierent, insperante hoc atque inuito Pamphilo.

||Hem astutias. quòd si quiessem, nihil euenisset mali.

Sed eccum ipsum video: occidi:

Vtinam mihi esset aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem.

Cautè Dauus callidã interrogationem excipit. Ad hũc modum ferè fingit Terẽtius consilia callidißima falli.

||Ironia est: sibi enim omne malũ adscribit.

ACTVS III. SCENA V.

ARG. Stomachatur Pamphilus, q̃ dolosũ Dau. cõsiliũ secut⁹, respõderit patri, se ductũ ũ vxorẽ. Iambici octonarij, permixti trochaicis.

PAMPHILVS, DAVVS.

P. VEi illic scelus est, qui me perdidit? D. perij. P. atque hoc confiteor,

Iure obtigisse: quãdoquidem tam iners, tã nulli cõsili

Sum. seruon' fortunas meas me commisisse ||futili?

Ergo pretium ob stultitiam fero: sed inultũ id nunquam à me auferet.

D. Posthac incolumem sat scio fore me, nunc si euito hoc malum.

P. Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modò, (eam?

Qui sũ pollicitus ducere? qua fiducia id facere audeam?

Nec, quid me nũc faciam, scio. D. nec de me equidem, atque id ago sedulò.

Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquã producam moram. P. Oh.

Metaphoricos à vase futili & rimoso ductum, in summo periculo vsurpatum.

vterq; cõsilij inops.

Grauis interrogatio cũ ironia.

D. Visus sum. P. ehodum bone vir, *quid ais? viden' me consilijs tuis
Miserum impeditum esse? D. at iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile.
P. Nempe vt modò. D. immò meliùs spero. P. oh, tibi ego vt credam furcifer:
Tu rem impeditam, & perditam restituas? hem quo fretu' sim,
Qui me hodie ex tranquillißima re coniecisti in nuptias.
An non dixi hoc esse futurum? D. dixi. P. quid meritus es? D. *crucem.
Sed paullulũ sine ad me vt redeam: iam aliquid || dispiciam. P. Hei mihi,
Cur non habeo spatiũ, vt de te sumam suppliciũ, vti volo:
Namque hocce tempus, præcauere mihi me, haud te vlcisci, sinit.

Rei conuicti Athenis rogabantur, quid sibi ipsis videretur meruisse. De Socrate notũ Nã. Mis. 2. *Sic Donat. est a tẽ disp. cõsilium disquirere.

|| ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. Hæc scena potissimum continet iurgium Charini in Pamphilum.

Initio cretici, postea octonarii Trochaici & Iãbici, demũ Iãbici senarii, & rursus octonarii.

CHARINVS, PAMPHILVS, DAVVS.

Exordiũ narrationis ad Pamph instituta. Pathos, à perfidiæ detestatione: estq; locus communis. *Animi malignitas, & inhumanitas. Nan. Miscell. 1. || Id vsu venit apud fœdifragos.

C. H|| Occine credibile est, aut memorabile,
Tanta *vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat alienis, atque ex incommodis
Alterius sua vt comparet commoda? ah
Id'ne est verũ: immo id genus est hominũ pessumum,
In denegando modò quis pudor est paullulum:
|| Post vbi iam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessariò se aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit eos denegare, ibi
Tum impudentißima eorum oratio est:
Quis tu es? qui mihi es? cur meam tibi? heus,

Proximus

Proxumus sum egomet mihi. attamen, vbi fides est,
Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus est,
Non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeam'ne ad eum, & cum eo iniuriã hanc expostulem?
Mala ingeram multa. atque aliquis dicat. nihil promoueris.
Multum. molestus certè ei fuero, atque animo morem gessero.
P.||*Charine, & me & te imprudens, nisi quid dij respiciunt, perdidi.* — *Defensio, ab imprudẽtia.*
C.||*Itáne imprudens? tandem inuẽta est caussa: soluisti fidem.* — *Propositio.*
P. Quid tandem? C. etiam nunc me seducere istis dictis postulas?
P. Quid istuc est? C. postquam me amare dixi, complacita est tibi. (meo.
Heu me miserum, qui tuũ animũ ex animo spectaui
P. Falsu'es. C. non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium,
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? — *Permißio ironica,*
||*Habeas. P. habeam? ah nescis quantis in malis verser miser,*
Quãtasq; hic suis consilijs mihi cõfecit sollicitudines
Meus carnufex. C. quid istuc tam mirum est? de te exemplum capit. (am.
P. Haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorẽ me-
C. Scio, cum patre altercasti dudum, & is nunc propterea tibi
Succensêt, nec te quiuit hodie cogere, illã vt duceres. — *Pamph. excusat imprudentiam.*
P.||*Immo etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,*
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.
C. **Scio: coactus tua voluntate es. P. mane,*

*Charinus arguit voluntatem.
Instare, suadere, orare, cũ vehementia dicit.
||Dauos cum admiratione pronũtiandũ
Hoc semper iniuriosum.
Virg. Dic mihi Damœta.
* Ironicè dicendum.
Officiũ fidelis serui.
||Seruitium, pro seruitute posuit.

Nondum scis. C. scio equidem illam ductur ũ esse te.
P. Cur me enecas? hoc audi. nunquam destitit
||Instare, vt dicerem esse ducturum patri:
Suadere, orare, vsque adeo donec perpulit.
C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. ||Dauos? P. Dauos omnia.
C. Quambrem? P. nescio. nisi mihi deos satis
Scio fuisse iratos, qui auscultauerim. (scelus?
C. Factũ est hoc Daue? D. factum est. C. hem quid ais
At tibi dij dignum factis exitium duint.
Eho, ||dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent?
D. Deceptus sum, at non defatigatus. C.* scio.
D. Hac non successit, alia aggrediemur via:
Nisi id putas, quia primò processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
P. Imo etiam: nam satis credo, si aduigilaueris,
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.
D. ||Ego Pamphile hoc tibi pro||seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesq́ue, & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum est, si quid præter spem euenit, mi ignoscere.
Parum successit quod ago: at facio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.
P. Cupio. restitue, in quem me recepisti, locum.
D. Faciam. P. at iam hoc opus est. D. hem, st' mane: crepuit a Glycerio ostium.
P. Nihil ad te. D. quæro. P. hem, nunccine demum?
D. At iam hoc tibi inuentum dabo.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Pollicetur hic Pãphilus Misidi nũquam se deserturũ Glycerium: etiam si omnes homines sibi ob id infestos sit habiturus.

Iambici octonarij catalectici.

MYSIS,

MYSIS, PAMPHILVS, CHARINVS, DAVVS.

M. IAm, vbi vbi erit, inuentũ tibi curabo, & mecum adductum
Tuũ Pãphilũ: * tu modo, anime mi, noli te macerare.
P. Mysis. M. quid est? hem Pamphile, optimè mihi te offers. P. quid est?
M. Orare iussit, si se ames, hera, iã vt ad sese venias:
Videre ait te cupere. P. Vah, perij: hoc malum integrascit. (tarier?
Siccine me, atque illã opera tua nũc miseros sollici-
Nam idcirco accersor, nuptias q̃ mi apparari sensit:
C. Quibus quidem quam facile poterat quiesci, si hic quiesset.
D. Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga. M. atque adepol, (Mysis,
Ea res est, proptereaq; nunc misera in mœrore est. P.
Per omnes tibi adiuro deos: nũquã eam me deserturũ,
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.
Hãc mihi expetiui, contigit: conueniũt mores: valeãt,
Qui inter nos dissidium volunt. hanc, nisi mors, mi adimet nemo.
C. Resipisco. P. non Apollinis magis verum, atque hoc, responsum est.
Si poterit fieri, vt ne pater per me stetisse credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ: volo. sed si id non poterit, (dat.
Id faciam, in procliui quod est, per me stetisse vt cre-
Quis videor? C. miser æquè, atque ego. D. consilium quæro. C. fortis es. (dam.
Scio, quid conere. D. hoc ego tibi profectò effectũ red-
P. Iam hoc opus est. D. quin iam habeo. C. quid est?
D. huic, non tibi, habeo: ne erres.

Confirmatur animus Pãphili, ne deserat Glycerium, cum accersitur.

* Mollis, & blanda oratio

Plautus in captiuis & Cæsar, procliue pro facile dixit.

Deterret Charinum.

C. Sat habeo. P. quid facies? cedo. D. dies hic mi vt sit sat' vereor,
|| Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas. (estis.
Proinde hinc vos amolimini: nam mi impedimento
P. Ego hanc visam. D. quid tu? quò hinc te agis C. verum vis dicam? D. immo etiam
Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?
D. Eho impudens, non satis habes, quod tibi dieculam addo,
Quantum huic promoueo nuptias? C. Daue attamen. D. quid ergo?
C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me, vt venias, si quid poteris.
D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamen si quid. D. || age, veniam. C. si quid. (hic.
Domi ero. D. Tu Mysis, dũ exeo, parumper opperire
M. Quapropter? D. ita facto opus est. M. matura. D. iam inquam hic adero.

Callidus seruus dominis imperat.

Age, vix cõcedentis est.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. Mysis herę suæ de Pamphilo, male, vt videbatur, metuentis fortunam deplorat.

Iambici senarii.

M. NIl' ne esse propriũ cuiquam? Dij vostrã fidẽ.
Summũ bonũ esse herę putabã hũc Pãphilũ,
|| Amicum, amatorem, virum, in quouis loco
Paratum: verùm ex eo nunc misera quem capit
Dolorem! facilè hic plus mali est, quam illic boni.
Sed Dauus exit. mi homo, quid istuc obsecro est:
Quò portas puerum?

Amicus, est animi: amator corporis.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Cõsistit hæc scena in gestu potissimũ. Dauus enim puerũ àd ostium Simonis defert, vt ita Chremes à nuptiis deterreatur. Eiusdẽ mẽsurę.

DAVVS,

DAVVS, MYSIS.

D. MYsis nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque astutia.
M. Quid iā incepturus? D. accipe à me hunc ocyùs,
Atque ante nostram ianuam appone. M. obsecro.
Humi'ne? D. ex ara hinc sume verbenas tibi,
Atque eas substerne. M. quamobrē id tute non facis?
D. Quia, si forte opus ad herum iusiurandum mihi
Non apposuisse, vt liquidò possim. M. intelligo.
Noua nunc religio in te istæc incessit, cedo?
D. Moue ocyus te, vt, quid agam, porrò intelligas.
Pro Iupiter. M. quid? D. sponsæ pater interuenit.
Repudio consilium, quo primum intenderam.
M. Nescio, qd narres. D. ego quoque hinc ab dextera
Venire me adsimulabo. tu, vt subseruias
Orationi, vtcunque opus sit, verbis, vide.
M. Ego, quid agas, nihil intelligo: sed, si quid est,
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quid vostrum* temorer commodum.

Audax consiliū, quo res magis perturbata fuisset, nisi casu emersisset ex his malis Pāphilus.
Seruū nolle mētiri, noua religio est.
Metaph. à venatoribus sumpta.

impediā, retineā, à remora pisce nauem sistente.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. In hac scena Chremes puerum ex Glycerio natum audit: & illam ciuē esse Atticam: vt sic à nuptiis deterreatur.

Iābici, senarii, quib⁹ admixti videntur bini septenarii. CHREMES, MYSIS, DAVVS.

REuertor, postquam, quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, vt iubeam accersi. sed quid hoc?
Puer hercle est. mulier, tun' apposuisti hunc? M. vbi
Illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquam est. væ miseræ mihi,
Reliquit me homo, atque abijt. D. di vostram fidem,
Quid turbæ est apud forū? quid illic hominū litigant?
Tum annona cara est. quid dicam aliud, nescio.

Summa nuptiarum potestas in patre puellæ sita est.

M. Cur

Admiratio cum exclamatione.

M. Cur tu obsecro hic me solam? D. || hem, quæ hæc est fabula?

Eho Mysis, puer hic unde est? quisue huc attulit?

M. Satin sanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogem,

Qui hic neminem alium video? C. miror, unde sit.

D. Dicturan' quod rogo? M. *au. D. concede ad dexteram.

M. Deliras: non tute ipse? D. verbum si mihi

Vnum, præterquam quod te rogo, faxis, caue.

M. || Male dicis. D. unde est? dic clarè. M. à vobis. D. ha ha ha.

Mirum verò, impudenter mulier si facit.

C. Ab Andria est ancilla hæc, quantum intelligo.

D. Adeon' videmur vobis esse idonei,

In quibus sic illudatis? C. veni in tempore.

D. Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua,

Mane: caue quoquam ex istoc excessis loco.

M. Dij te eradicent. ita me miseram territas. (gas?

D. || Tibi ego dico, an non? M. Quid vis? D. at etiam rogas?

Cedò, cuium puerum hic apposuisti, dic mihi.

M. Tu nescis? D. mitte id, quod scio: dic, quod rogo:

M. Vestri. D. cuius vestri? M. Pamphili. D. hem, quid Pamphili? (pias.

M. Eho, an non est? C. rectè ego semper fugi has nuptias.

D. || O facinus animaduertendum. M. quid clamitas?

D. Quem ne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?

M. O hominem audacem. D. verum. vidi Cantharam

Subfarcinatam. M. Dijs pol habeo gratias.

Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberæ.

D. Næ illa illum haud nouit, cuius caussa hæc incipit.

Chremes, si positum puerum ante ædes viderit,

Suam gnatam non dabit: tanto hercle magis dabit.

C. Non hercle *faciet. D. nunc adeò, vt tu sis sciens,

Ni puerum tollis, iamiam ego hunc mediam in viam

Prouo-

au, interiectio est consternatæ mulieris.

Male dicis, pro cominaris, ornatus sermo.

Daui versutia iurgium repetit.

Aposiopesis.

Nam. mauult cantharum, intelligi, fictile vas, in quo puerum suppositicium doceat adferri potuisse.

*Tertiā per-

Prouoluam, teq; ibidem *peruoluam in luto.
M. Tu pol homo non es sobrius. D. ||fallacia
Alia aliam trudit. iam susurrari audio,
Ciuem Atticã esse hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam uxorem ducet. M. au, obsecro, an non ciuis est?
C. Iocularium in malum insciens pene incidi.
D. Quis hic loquitur? ô Chreme, per tempus aduenis:
Ausculta. C. audiui iam omnia. D. anne tu omnia?
C. Audiui inquã à principio. D. audistin' obsecro? hem
Scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ||ille est: non te credas Dauom ludere.
M. Me miseram: nihil pol falsi dixi mi senex.
C. Noui rem omnem. *sed est Simo intus? D. intus est.
M. Ne me attingas sceleste: si pol Glycerio non omnia
haec.
D. Eho inepta, nescis quid sit actum. M. qui d sciam?
D. Hic socer est. alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret haec: quae volumus. M. hem, praediceres.
D. Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de* industria?

sonam de se facit.
Nann. ex Donato susp catur leg. proluam.
||Mendacem memorẽ esse oportet, vt est in prouerbio
*Daui calliditas.
Ille emphas. habet, sed per Ironiã dicitur. Suppalpitatio mulieris.
*Aposiopesis ex composito, prouidenter.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. Crito veniens ex Andro Athenas, de Glycerio percontatur, an parétes reperit suos: audiens nondum reperisse, dolet: quòd videat hoc sibi obfuturum in adeunda haereditate.

Iambici senarij.

CRITO, MYSIS, DAVVS.

C. ||IN hac habitasse platea dictum est Chrysidem,
Quae se inhoneste optauit parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper viuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter, video. saluete. M. obsecro,
Quem video? est'ne hic Crito, sobrinus Chrysidis?
Is est. C. ô Mysis salue. M. saluos sis Crito.

Occasio catastrophes, nã se nex casu interueniente discutit periculum.

D. Itan' Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. (sic

C. Quid vos? quo pacto hic? sati'ne recte? M. nos'ne?

Vt quimus, aiunt: quando, ut volumus, non licet.

C. Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?

M. Vtinam. C. an nondum etiam? haud auspicatò huc me appuli:

Nam pol, si id scissem, nunquã huc tetulissem pedem:

Semper enim eius dicta est hæc, atq; habita est soror:

Quæ illius fuerunt, poßidet. nunc me hospitem

Lites sequi, quàm hic mihi sit facile, atque utile,

Aliorum exempla commonent. simul arbitror,

Iam esse aliquem amicum, & defensorẽ ei: nam ferè

Grandiuscula iam profecta est illinc. clamitent,

Me sycophantam, hæreditatem persequi,

Mendicum. tum, ipsam despoliare non licet.

M. O optume hospes, pol Crito antiquũ obtines. (mè.

C. Duc me ad eã, quãdo huc veni, ut videã. M. maxu

D. Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.

Hæc singul. emph. habent. — sc. periit.

i. calumniatorem.

sc. morẽ, vel ingenium.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. Simo cupit fieri nuptias: generum recusat Chremes, ob natum ex Glycerio puerum.

Trochaici octonarii catalectici.

CHREMES, SIMO.

C. SAti' iam, sati' Simo spectata erga te amicitia est mea:

Sati' pericli cœpi ad re orandi: iam finem face.

Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ.

S. Immo enim quam maxumè abs te oro, atque postulo Chreme,

Vt beneficiũ, verbis initum dudum, nunc re cõprobes.

C. Vide, quam iniquus sis præ studio, dum efficias id, quod cupis,

Neq; modũ benignitatis, neq; quid me ores, cogitas:

Ad finẽ epitaseos facit hæc noua turba.

Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.
S. Quibus? C. ah[*] rogitas? perpulisti me, vt homini adolescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias:
Eiu' labore, atq; eiu' dolore gnato vt medicarer tuo.
Impetrasti: incepi, dum res tulit: nunc nõ fert: feras.
Illã hinc ciuẽ esse aiũt: puer est natus: nos missos face.
S. Per ego te deos oro, vt ne illis animũ inducas credere,
||Quib[9] id maxumè vtile est illũ esse quã deterrimũ.
Nuptiarũ gratia hæc sunt ficta, atque incepta omnia.
Vbi ea caussa, quambrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent. (scio. C. at
C. ||Erras. cũ Dauo egomet vidi iurgantem ancillã. S.
Vero voltu: cũ, ibi me adesse, neuter tũ præsẽsiserat.
S. Credo, & id facturas, Dauus dudũ prædixit mihi:
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

Accus. est & enumeratio iniuriarum sc. ob. amorẽ meretricis.

Defensio per cõiecturam.

Reprehensio Sim. cũ Daui testimonio

ACTVS V. SCENA II.

ARG. In hac scena Simo cum audit venisse, qui Glycerium dicat ciuẽ esse Atticam: ira accensus, Dauum intro raptum coniicit in vincula: & miro hic artificio patris, ac domini offensi consuetudinẽ exprimit Terentius. Trochaici octonarii catalectici, & ad finem iambici senarii.

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO.

D. ANimo iam nunc ||otioso esse impero. C. hem Dauom tibi.
Vnde egreditur? D. meo præsidio, atque hospitis. S. quid illud mali est?
D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi. S.[*] scelus,
Quemnam hic laudat? D. omnis res est iam in vado. S. cesso alloqui?
D. Herus

Otium, securitas est, negotium solicitudo.

[*]Ad sensum refert, vt supra, Vbi illic scelus, qui me perdidit.

D.Herus est: quid agam? S. ô salue bone vir. D. here Simo, ô noster Chreme,
Omnia apparata iam sunt intus. CH. curasti* probè.
D. Vbi voles, accerse. S. bene sanè. id enimuero hic nũc abest.
Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negotij est? D. mihin'? S. ita.
D. Mihine? S. tibi ego. D. modo introij. S. quasi ego, quàm dudum, rogem.
D. Cum tuo gnato vna. S. an ne est intus Pamphilus? crucior miser.
Eho, non tu dixti esse inter eos inimicitias carnufex?
D. Sunt. S. cur igitur hic est? CH. || quid illum censes? cum illa litigat.
D. Imò verò indignũ Chreme iã facinus faxo ex me (audias.
Nescio quis senex modo venit: ellũ, confidens, catus:
Cum faciem videas, videtur esse quantiuis preti:
Tristi' seueritas inest in voltu, atque in verbis fides.
S. Quidnam adportas? D. nil equidem, nisi quod illum audiui dicere.
S. Quid ait tandem? D. Glycerium se scire esse hanc ciuem Atticam.
S. || Hem Dromo. Dromo. D. quid est? S. Dromo. D. audi. S. verbum si addideris. Dromo.
D. Audi obsecro. DRO. quid vis? S. sublimem hunc intro rape, quantum potes.
DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? S. quia lubet. rape inquam.. D. quid feci? S. rape. (audio.
DA. Si quidquam mentitũ inuenies, occidito. S. nihil
Ego iam te commotum reddam. D. tametsi hoc verũ est. S. tu tamen
Cura adseruandum vinctum: atque audin? quadrupedem constringito.
Age nunc, iam ego pol hodie, si viuo, tibi

indignanter dicitur.

Chre. Simonem irridet.

Audet plusculũ seruus, qui nihil restare periculi putat: sed nõ fert id impune. Vide Nã. Miscel. lib. 1.

Dictum ironicè à Chremete, pro se rapiẽs, videtur iurgij caussam subijcere: sed hæret. Nam. Miscel. 1.

*Daui verbo cõmotus, seruum lorariũ vocat: qui loris. i. corijs, alios seruos verberat.

Ostendam, herum quid sit pericli fallere, &
Illi patrem. CH. ah ne saevi tantopere. S. Chreme,
Pietatem gnati, nonne te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

ACTVS V. SCENA III.

ARG. Simo acriter obiurgat filium: confessus crimen filius, veniam petit, ac se totum paternae subijcit voluntati. Nimis commotum Simonem placare nititur Chremes.

Iambici senarij, & ad finem trochaici octonarii,

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

P. QVis me volt? perij, pater est. S. quid ais || omnium? C. ah.
Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.
S. Quasi quidquam in hunc iam grauius dici possiet.
Ain' tandem, ciuis Glycerium est? P ita praedicant.
S. Ita praedicant? ingentem confidentiam:
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
|| Num eius color pudoris signum vsquam indicat?
Adeon' impotenti esse animo, vt, praeter ciuium,
Morem atque* legem, & sui voluntatem patris,
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?
P. Me miserum. S. modone id demum sensti Pamphile?
Olim istuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectam huius sollicito amentia? an
Pro huius ego vt peccatis supplicium sufferam?
Immo habeat, valeat, viuat cum illa. P. mi pater.
S. || Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre:
Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: viceris.

Decorum Comicu seruat, non proceden do vltra vincula ad necẽ, quod Tragicum erat.

Aposiopesis, irato familiaris, quando pro dignitate peccati nõ inuenitur cõuitium cõpetens.

vide quomodo assurgat.

* Pericleam, qua nothi erãt ex duob. Atheniẽsib. nõ nati. Flu.

Mira grauitate hic se ensus exegge-

uatur: nã plu raliter de uno tãtum loquitur pater. Oratio pudoris plena.

Amphib. est

Difficultas rei ostendit. resupto verbo per indignationem.

P. Pater licet ne pauca. S. quid dices mihi?
C. Attamē S mo aud. S. ego audiã? quid ego audiã
Chreme. C. attamen dicat sine. S. age dicat, sino.
P. Ego me amare hanc fateor. si id peccare est, fateor id quoque.
Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone: impera:
Vis me uxor. || ducere? hanc amittere? ut potero, ferã.
Hoc modo te obsecro, ut ne credas a me allegatum hunc senem.
Sine me expurgem, atque illum huc corã || adducam.
S. adducas? P. sine pater. (S. sino.
C. Æ quū postulat: da veniam. P. sine te hoc exorem.
Qu duis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
C. Pro peccato magno paullũ supplicii satis est patri.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Hæc scena continet Andrii Critonis cũ Simone & Chremete congressum, in quo error omnis fabulæ aperitur: nam Glycerium ostenditur hic filia esse Chremetis.

Trochaici & Iābici octonarii, hi acatalectici, illi catalectici, Iambicus quaternarius vnus.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

Crito hic Pāphil. alloquitur, sic rogantem, verũ vt de Glycer o dicat.

Catastrophe

Critonē aggressus acriter incusat.

CR. M||Itte orare. vna harum quæuis caussa me, vt faciam, monet, (rio.
Vel tu, vel quòd verum est, vel quòd ipsi cupio Glyce-
CH. Andrium ego Critonem video? & certè is est.
CR. saluos sis Chreme.
CH. Quid tu Athenas insolens? CR. euenit. sed hiccine est Simo? (uem esse ais?
CH. Hic est. S. me ne quæris? eho tu Glycerii hinc ci-
CR. Tu negas? S. Ita ne huc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas?

Tune

Tu ne impune hæc facias? tu ne hic homines adolescẽtulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas?
CR. sanun' es?
S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?
P. Perij: metuo, ut substet hospes. CH. si Simo hũc noris satis,
Nõ ita arbitrere. bonus hic est vir. S. hic vir sit bonus?
||Ita ne adtemperatè venit hodie in ipsis nuptijs, (me.
Vt veniret antehac nũquã? est vero huic credẽdũ Chre-
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probè.
S. Sycophanta. CR. hem. CH. sic Crito est hic: mitte.
CR. videat, qui siet. (dict.
Si mihi pergit, quæ volt, dicere, ea quæ non volt, au-
Ego istæc moueo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres? (test.
||Nã, ego quæ dixi, vera, an falsa audieris, iã sciri po-
Atticus quidam olim naui fracta apud Andrũ eiectus est:
Et istæc una parua virgo, tũ ille egens forte applicat
Primũ ad Chrysidis patrem se. S. fabulam inceptat.
CH. sine.
CR. Ita ne verò obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit.
Qui eam recepit. ibi ego audiui||ex illo sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est. CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi?
Phania. CH. hem perij. CR. verum hercle opinor fuisse Phaniam. (ter.
Hoc certò scio, Rhamnusium se aiebat esse CH. ô Iupi-
CR. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum

Plerumque casus imitatur industriã, ut hic

Narratio hæc, pars est argumenti.

Confirmatio veritatis.

vatur: nã plu raliter de vno tãtum loquitur pater. Oratio pudoris plena.

P. Pater licet ne pauca. S. quid dices mihi?
C. Attamē S mo audi. S. ego audiā? quid ego audiā
Chreme. C. attamen dicat sine. S. age dicat, sino.
P. Ego me amare hanc fateor. si id peccare est, fateor id quoque.
Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone: impera:
Vis me uxor. || ducere? hanc amittere? ut potero, ferā.

Amphib. est

Hoc modo te obsecro, vt ne credas a me allegatum hunc senem.

Difficultas rei ostendit. resupto verbo per indignationem.

Sine me expurgem, atque illum huc corā || adducam.
S. adducas? P. sine pater. (S. sino.
C. Æquū postulat: da veniam. P. sine te hoc exorem.
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
C. Pro peccato magno paullū supplicii satis est patri.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Hæc scena continet Andrii Critonis cū Simone & Chremete congressum, in quo error omnis fabulæ aperitur: nam Glycerium ostenditur hic filia esse Chremetis.

Trochaici & Iābici octonarii, hi acatalectici, illi catalectici, Iambicus quaternarius vnus.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

Crito hic Pāphil. alloquitur, sic rogantem, verū vt de Glycerio dicat.

CR. M||Itte orare. vna harum quæuis causa me, vt faciam, monet, (rio.
Vel tu, vel quòd verum est, vel quòd ipsi cupio Glyce-
CH. Andrium ego Critonem video? & certè is est.
CR. saluos sis Chreme.

Catastrophe

CH. Quid tu Athenas insolens? CR. euenit. sed hiccine est Simo? (uem esse ais?
CH. Hic est. S. me ne quæris? eho tu Glycerium hinc ci-

Critonē aggressus acriter incusat.

CR. Tu negas? S. Ita ne hæc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas?

Tune

Tu ne impune hæc facias? tu ne hic homines adolescẽtulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas?
CR. sanun' es?
S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?
P. Perij: metuo, ut substet hospes. CH. si Simo hũc noris satis,
Nõ ita arbitrere. bonus hic est vir. S. hic vir sit bonus?
||Itane adtemperatè venit hodie in ipsis nuptijs, (me.
Ut veniret antehac nũquã? est vero huic credẽdũ Chre-
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probè.
S. Sycophanta. CR. hem. CH. sic Crito est hic: mitte.
CR. videat, qui siet. (dicet.
Si mihi pergit, quæ volt, dicere, ea quæ non volt, au-
Ego istæc moneo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres? (test.
||Nã, ego quæ dixi, vera, an falsa audieris, iã sciri po-
Atticus quidam olim naui fracta apud Andrũ eiectus est:
Et istæc una parua virgo, tũ ille egens forte applicat
Primũ ad Chrysidis patrem se. S. fabulam inceptat.
CH. sine.
CR. Itane verò obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit.
Qui eam recepit. ibi ego audiui||ex illo sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est. CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi?
Phania. CH. hem perij. CR. verùm hercle opinor fuisse Phaniam. (ter.
Hoc certò scio, Rhamnusium se aiebat esse CH. ô Iupi-
CR. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum

Pleruique casus imitatur industriã, ut hic

Narratio hæc, pars est argumenti.

Confirmatio veritatis.

audiuere. CH. vtinam id fiet,
Quod spero. eho dic mihi, quid is? eam tum, Crito,
Suam'ne aiebat esse? CR. non. CH. ||cuiã igitur? CR. fratris filiam.
CH. Certè mea est. CR. quid ais? S. quid tu? quid ais?
P. || arrige aures Pamphile.
S. Quid credis? CH. Phania ille frater meus fuit. S. noram, & scio.
CH. Is hinc bellum fugiens, meq; in Asiã persequens, proficiscitur.
Tum illam hic relinquere est veritus: post illa nũc primum audio,
Quid illo sit factum. P. Vix sum apud me: ita* animus commotu' est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
S. Næ istam multimodis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.
CH. At mihi vnus* scrupulus etiam restat, qui me male habet. P. dignus es
Cum tua religione odio. nodum in scirpo quæris. CR. quid istud est?
CH. Nomen non cõuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ. CH. quod Crito?
Nunquid meministi? CR. id quæro. P. ||ego'ne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obstare, cùm ego possum in hac re medicari mihi?
Non patiar. heus Chreme: quod quæris, Pasibula. CR. Ipsa est. CH. ea est.
P. || Ex ipsa millies audiui. S. omneis nos gaudere hoc Chreme,
Te credo credere. CH. ita me dij ament, credo. P. quid restat pater?
S. Iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam. P. ò lepidum

Cuiam vet. more dixit.

Metaph. à pecud. aurẽ arrigentibus.

sc. fratre meo Phania.

* Affect. amantis.

Nam nio, non est minimus lapillus, sed minimũ pondus, pars vnciæ vicesima quarta.

Amoris affectus Pamph. exprimitur.

Notatur frequẽtiss. Pãphil. cũ Glyce. cõsuetudo.

pidum patrem.
De vxore ita, vt possedi, nihil mutat Chremes. CH. caussa optuma est:
Nisi quid pater aliud ait. P. nempe. S. scilicet. CH. dos, Pamphile, est
Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiam, eho mecum Crito:
Nam illam me haud nosse credo. S. cur non illam huc transferri iubes?
Recte admones. || Dauo istuc dedam iam negoti. S. non potest.
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex sese, & maius. P. quidnam? S. vinctus est.
P. Pater, non recte vinctu'est. S. haud ita iussi. P. iube solui obsecro.
S. Age fiat. P. at matura. S. eo intro. P. || ô faustum, & fœlicem hunc diem.

Simo cū Pāph. iam redit in gratiam.

Mirè Daui mentionem facit vt soluatur.

Exclamatio amatoris.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. Exsultat Pāphilus de optato amoris successu. Iābici & Trochaici octonarij permixti.

CHARINVS, PAMPHILVS.

C. PRouiso, quid agat Pamphilus: atque eccum. P. aliquis forsan me putet
Nō hoc putare verum: at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.
Ego vitam deorū propterea sempiternā esse arbitror,
Quòd voluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
C. Quid illuc gaudi est? P. Dauom video: nemo est, quem mallem, omnium:
Nam hunc scio mea solide solum gauisurū esse gaudia.

Charini, & Pāphili colloquiū, ideo inducitur, vt vna narratione Charini quoque negotium transigatur.

ACTVS V. SCENA VI.

ARG. Narrat Pāphilus Dauo & Chariuo, Glycerium inuentam esse ciuem Atticam: seque illā ducturum vxorem. Petit ab eodem Charinus, vti se & suos amores socero commendet.

Eiusdem mensurę.

DAVVS, PAMPHILVS, CHARINVS.

D. PAmphilus vbinam hic est? P. Daue. D. quisnam homo est? P. ego sum. D. ó Pamphile.

P. Nescis, quid mihi obtigerit. D. certe: sed, quid mihi obtigerit, scio.

*P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, ego vt *quod sum nactus mali,*

Bem.b.quid

Prius resciſceres tu, quam ego, tibi quod euenit boni.

P. Mea Glyceriū suos parētes reperit. D. ó factū bene.

C. Hem. P. pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probè.

P. Nec mora vlla est, quin eam vxorem ducam. C. num ille somniat (desine:

Prouerb. ex re natum.

||Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero Daue? D. ah ô ol² est, quē diligūt dij. C. saluus su, si hæc vera sunt.

Conloquar. P. quis homo est? Charine, in tempore ipso mi aduenis.

Gratulatio cōpendiosa.

C. ||Bene factum. P. hem, audisti C. omnia. age, me in tuis secund respice.

Tuus est nūc Chremes, facturū, quæ voles, scio omnia.

Letus Comœdiæ exitus.

P. Memini: atque adeo longū est, nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hac me. intus apud Glycerium est, nunc. tu Daue abi domum,

Propera, accerse, hinc qui auferant eā: quid stas? quid cessas? D. eo.

Ne exspectetis, dum exeant huc: intus despondebitur:

Intus transigetur, si quid est, quod restet. Plaudite.

IN

IN EVNVCHVM ARGVMENTVM.

CIVIS quidam Atheniensis filiam cui Pāphilę,& filium,cui Chremeti nomen erat, habuit. ex iis Pamphilā adhuc infantulam prędones rapuere è Sunio,& mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui,Rhodum aduectā,meretrici,quam amabat,dono dedit hęc acceptam puellam pari cura ac studio, cum Thaide filia cœpit educere:nemo vt esset,qui non vtramque ex ipsa genitam esse arbitraretur,quę grandiuscula erat,cùm ad eam ætatem peruenisset,vt viris placere posset.maternam,vt fit,viuēdi rationē insecuta,cum hospite quodam Athenas venit, qui eam postea moriens hæredem reliquit.interea miles Thraso nomine, ad eam adiecit animum, cúmque ea per aliquod tempus consueuisset, in Cariam profectus est. Thaidis mater per eos dies vitam cum morte commutauerat: fratérque ipsius Pamphilam venalē proposuerat, sperās eam,quòd & formosa esset, & fidibus sciret, pręclarè à se venditū iri.fortè accidit, vt eo ipso tēpore Thaidis amator miles esset Rhodi, qui harum omniū rerū inscius,Pāphilā emit: vt esset, quod amicę, Athenas reuersus, dono daret. Thais,profecto milite, aliā cōditionē quęsierat,adiūxeratq; sibi Phędriam, adolescentē,Atheniēsem, Lachetis filiū.inaudiuerat interim etiā aliquid de Pāphila: iamq; cū fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eò peruenerat,vt nō dubiis indiciis intelligeret,sororē illiꝰ esse,quę secū in maternis ędibꝰ educata

foret. Summopere cupiebat igitur occasionẽ sibi aliquam dari, qua Pamphilã suis restitueret, eodemque facto, & puellam summo afficere beneficio, & propinquorũ illius amicitia fortunas cõstabiliret suas. Redit miles: sed, cùm cognosset de amore Phædriæ, puellã se, nisi eo repulso, daturũ negat. Thais, quid ageret, nescire: nam & Phædriã amabat ex animo, & Pamphilæ recipiendæ gratia quiduis sibi faciundum putabat. tãdem, cùm speraret, se posteà facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderet, probaturã: Phædriam, vt militi gratificaretur, excludit. postridie accersito ei, atque ægrè ferenti, tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, vt, per biduum, priores partes habere Thrasonẽ sineret: vbi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore. Phædria, vt huius bidui, molestiam æquiore animo ferret, rus sibi abeũdum esse statuit: itaque abiens, mandat Parmenoni, vt eunuchum & Aethiopissam ad Thaidem cui eos emerat, duceret. Pamphilã, cum ex ędibus Thrasonis ad Thaidẽ deduceretur, cõspicatus in via Phædrię frater natu minor, Chærea ita eius amore flagrare cœpit, nihil vt pensi haberet, dũ ea potiretur: neq; prius cõquieuit, quàm, eius rei caussa, ad Thaidem pro eunucho deductus est. quid plura? Thaide ad cœnã cum milite profecta, virgini à Chęrea per vim vitium offertur, turbæ vndique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais à Lachete in fidẽ & clientelam recipitur, Chęrea agnitam Pamphilam ducit vxorem, Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricij partem, Gnatonis parasiti opera, admittitur.

EVNVCHI PERSONÆ, EARVMQVE INTERPRETATIO.

LACHES, senex.
PHAEDRIA, adolescens.
CHAEREA, adolescens.
PARMENO, seruus.
DORVS, eunuchus.
DORIAS, ancilla.
THAIS, meretrix.
PYTHIAS, ancilla.
THRASO, miles.
SANGA, lixa.
GNATO, parasitus.
CHREMES, adolescens.
SOPHRONA, nutrix.
ANTIPHO, adolescens.

Sequentium personarum tantum hic mentio fit.

STRATO, militis seruus.
SIMALIO, seruus.
DONAX, seruus.
STRISCVS, seruus.
SANNIO, seruus.
PAMPHILA, adolescentula.

foret. Summopere cupiebat igitur occasionē sibi aliquam dari, qua Pamphilā suis restitueret, eodemque facto, & puellam summo afficere beneficio, & propinquorū illius amicitia fortunas cōstabiliret suas. Redit miles: sed, cùm cognosset de amore Phædriæ, puellā se, nisi eo repulso, daturū negat. Thais, quid ageret, nescire: nam & Phædriā amabat ex animo, & Pamphilæ recipiendæ gratia quiduis sibi faciundum putabat. tādem, cùm speraret, se posteà facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderet, probaturā: Phædriam, vt militi gratificaretur, excludit. postridie accersito ei, atque ægrè ferenti, tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, vt, per biduum, priores partes habere Thrasonē sineret: vbi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore. Phædria, vt huius bidui molestiam æquiore animo ferret, rus sibi abeūdum esse statuit: itaque abiens, mandat Parmenoni, vt eunuchum & Aethiopissam ad Thaidem cui eos emerat, duceret. Pamphilā, cum ex ędibus Thrasonis ad Thaidē deduceretur, cōspicatus in via Phædrię frater natu minor, Chærea ita eius amore flagrare cœpit, nihil vt pensi haberet, dū ea potiretur: neq; prius cōquieuit, quàm, eius rei caussa, ad Thaidem pro eunucho deductus est. quid plura? Thaide ad cœnā cum milite profecta, virgini à Chęrea per vim vitium offertur, turbæ vndique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais à Lachete in fidē & clientelam recipitur, Chærea agnitam Pamphilam ducit vxorem, Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricij partem, Gnatonis parasiti opera, admittitur.

EVNVCHI PERSONÆ, EARVMQVE INTERPRETATIO.

LACHES, senex.
PHAEDRIA, adolescens.
CHAEREA, adolescens.
PARMENO, seruus.
DORVS, eunuchus.
DORIAS, ancilla.
THAIS, meretrix.
PYTHIAS, ancilla.
THRASO, miles.
SANGA, lixa.
GNATO, parasitus.
CHREMES, adolescens.
SOPHRONA, nutrix.
ANTIPHO, adolescens.

Sequentium personarum tantum hic mentio fit.

STRATO, militis seruus.
SIMALIO, seruus.
DONAX, seruus.
SYRISCVS, seruus.
SANNIO, seruus.
PAMPHILA, adolescentula.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

SORОREM falſo dictitatam Thaidis,
Id ipſum ignorans, miles aduexit Thraſo,
Ipſiq; donat. erat hæc ciuis Attica.
Eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phedriæ puellulam
Cum deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur: ſuadet Parmeno:
Introijt: vitiat virginem: ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, collocat
Vitiatam ephebo. Phædram exorat Thraſo.

MERETRIX adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit: eiq; reuocato excluſionis cauſſas reddidit. eius frater minor natu virginē, quam miles meretrici dono miſerat, amare cœpit: deductuſq; in domū meretricis pro eunucho, vitiat. re itaq; cognita, cū illuſam ſe meretrix doleret, ab eodem adoleſcente placatur: interuentuq; fratris eius ciuem cognitam Athenienſem ducit vxorem. miles quoque in partem meretricij amoris receptus illuditur.

ACTA

ACTA LVDIS MEGALENSIB.

L.Posthumio Albino, L.Cornelio Merula aedilib.curulib.Egere L. Ambiuius Turpio, L.Atilius Praenestinus.modulauit Flaccus Claudij tibijs duabus dextra & sinistra.graeca Menandru, acta secundùm, M, Valerio, C.Fannio Coss.

PROLOGVS.



I quisquã, est, qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, & minimè multos lædere,
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tũ si quis est, qui dictũ in se inclemetius
Existimauit esse, sic existimet,
Responsum non dictum esse, quia læsit prior,
*Qui bene vertendo, & easdem*scribendo male, ex*
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
*Atque in Thesauro scripsit, *caussam dicere*
Prius vnde petitur, aurum quare sit suum,
Quam ||illic, qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,
Aut vnde in patrium monumentum peruenerit.
Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet:
Defunctus iam sum, nihil est quod dicat mihi:
Is ne erret, moneo, & desinat lacessere:
Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur:
Quæ proferentur post, si perget lædere
Ita, vt facere instituit. nunc quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam ædiles emerunt,
Perfecit,

Excusat, cur in aduersarium inuehatur.

Dictũ in L. Lauinium.

Nann.lib.2. describẽdo.i. exprimendo, & archetypi lineamenta reponendo.

**Id est, reus prius excusat se, quam agit actor.*

||pro, ille

A poeta modestia beneuolentiam captat.

Perfecit, sibi vt inspiciundi esset copia.
Magistratus cum ibi adesset, occepta est agi.
Exclamat, furem, non poëtam: fabulam
Dedisse, & nil dedisse verborum tamen:
Colacem esse Naui, & Plauti veterem fabulam.
Parasiti personam inde ablatam, & militis.
Si id est ||peccatum, peccatum imprudentia est
Poëta, non qui furtum facere studuerit.
Id ita esse, vos iam *iudicare poteritis.
||Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et miles gloriosus: eas se non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam
Ex Græca: sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id vero pernegat.
Quòd si personis ijsdem vti alijs non licet:
Qui magis licet currentes ||seruos scribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, gloriosum militem,
Puerum supponi, falli per seruum senem,
Amare, odisse, suspicari? denique
Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.
Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt noui.
Date operam, & cum silentio animaduortite,
Vt pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit.

Peccatum prius nomen est, posterius verbum.
*Purgatio.
||Latine adulator.
Comicorum materia, per senaq.
Epiphonema

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Phædria exclusus cõsultat, an redire debeat ad Thaidẽ. Huic Parmeno suadet vt animo æquo amoris molestias ferat.

Iambici senarij.

PHAEDRIA PARMENO.

PH. Q||Vid igitur faciã? non eam? ne nũc quidem,
Cum accersor vltrò? an potius ita me comparẽ,
Nõ perpeti meretricũ contumelias?

Opponit militi riualem, quem fingit egrè concedere dies aliquot, dum à

Exclusit,

Exclusit, reuocat. redeam? non, si me obsecret.
PA. Siquidem hercle possis, nil prius, neque fortius:
Verum si incipies, neque perficies gnauiter:
Atque vbi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non posse: actum est, ilicet,
||Peristi: eludet, vbi te victum senserit.
Proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita,
Here. quæ res in se neque consilium, neque modum
Habet vllum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt vitia: iniuria,
**Suspectiones, inimicitiæ, induciæ,*
Bellum, pax rursum: incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam si des operam, vt cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
||Egone illã? quæ illum? quæ me? quæ non? sine modò:
Mori me malim: sentiet qui vir siem:
Hæc verba me hercule vna falsa lacrumula,
Quam, oculos terendo miserè, vix vi expresserit,
Restinguet: & te vltro accusabis, & ei dabis
Vltro supplicium. PH. ||Indignũ facinus. nũc ego &
Illam scelestam esse, & me miserum sentio:
Et tædet: & ||amore ardeo: & prudens, sciens,
Viuus, vidensq́ pereo nec quid agam, scio.
PA. Quid agas? nisi vt te redimas ||captũ quàm queas
Minimo: si nequeas paullulo, at quanti queas:
Et ne te afflictes. PH. itane suades? PA. si sapis:
Neque, præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas, quas habet, rectè feras.
Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas.*
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

milite Thais munus extorqueat.

Dialogismos, quasi ad alterum.

Similis congeries est in Plauti mercatore.

Aposiopesis celeberrima.

Extenuatio ad auxesim spectans.

|| Amoris vehementia.

**Perstat in metaphora bellica.*

Sic puellum alieni patrimonij depastricẽ, Theos

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Thaidis blãdo sermone victus Phædria,

pollis

locustam intercipientem messoribus messem.
Nan. 1.
In hac scena apponitur occasio fabulæ, Vt Terentio initio fabularū mos est. simul caussa cur miles sit placandus, recensetur.

pollicetur se biduum concessurum, vt Thrasoni interim locus sit apud illā. Iābici senarii.

THAIS, PHAEDRIA, PARMENO.

*M*Iserā me, vereor ne illud grauius Phædria*
Tulerit ne ue aliorsum, atq; ego feci, acceperit.
Quòd heri intromissus non est. PH. totus Parmeno
Tremo horreoq;, postquam aspexi hanc. PA. bono animo es:
Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.
T. Quis hic loquitur? hem, tun' eras mi Phædria?
Qui hic stabas? cur non recta introibas? PA. ceterùm
De exclusione verbum nullum. T. quid taces?
PH. Sane quia verò hem hi patent semper fores,
Aut quia sum apud te primus. T. missa istæc face.
PH. Quid missa? ô Thais, Thais, vtinam esset mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet:
Aut ego istuc abs te factum nihili penderem.
T. Ne crucia te obsecro anime mi, Phædria.
Non pol, quo quemquam plus amem, aut plus diligā,
Eo feci sed ita erat res: faciundum fuit.
PA. Credo, vt fit, misera præ amore exclusit hunc foras.
T. Siccine ais Parmeno? age. sed huc qua gratia
Te accersiiussi, ausculta. PH. fiat. T. dic mihi

Reponit Thaidi vicē, tanquā falsum dictum sit. Metaphora à vase futili.

Hoc primū, potin' est hic tacere? PA. || egóne? optume.
Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo, & contineo optumè:
Sin falsum, aut vanū, aut fictū est, continuò palā est.
Plenus rimarum sum, hac atque illac || perfluo.
Proin tu, taceri si vis, vera dicito.

Narratio.

*T. *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.*
PH. Potest taceri hoc. T. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. PA. ciuem'ne? T. arbitror:

Certum

Certum non scimus: matris nomen & patris
Dicebat ipsa patriam & signa cetera
** Neque scibat, neque per ætatem etiam potuerat.*
Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat, se audisse, abreptam è Sunio.
Mater vbi accepit, cœpit studiose omnia
Docere, educere, ita vti si esset filia.
Sororem plerique esse credebant meam.
Ego cum illo, quo cum vno rem habebã tum, hospite,
Abij huc: qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.
PA. Vtrumque hoc falsum est. || effluet. T. qui istuc? PA. quia
Neque tu vno eras contenta, neque solus dedit:
Nã hic quoque bonã, magnamq; partẽ ad te attulit.
T. Ita est. sed sine me peruenire, quo volo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam est profectus. te interea loci
Cognoui. || tute scis, post illa quàm intumum
Habeam te, & mea consilia vt tibi credam omnia.
PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. PA. oh, dubium ne id est?
T. Hoc agite amabo. mater mea mortua est
Nuper. eius frater aliquantum ad rem est auidior.
Is vbi hancce forma videt honesta virginem,*
Et fidibus scire, pretium sperans, illico
Producit, vendit. forte fortuna adfuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium:
Is venit: postquam se scit me tecum quoque
Rem habere, fingit caussas, ne det, sedulo:
Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne, vbi eam acceperim,
Sese relinquam, velle se illam mihi dare:
Verum id vereri. sed, ego quantum suspicor,

Basis figura est hic, quãdo inter narrandũ omnia pedetentim dicantur.

Meretricem notat.

Astutè meretrix, vbi dixit, quæ amatorẽ vrgebant, blandimenta subycit.

Commendatio puellæ.

Ad

Reclipsis

Ad virginem animũ adiecit. PH. etiam ne||amplius?
T. Nil. nam quæsiui nunc ego eam, mi Phædria,

Cur puellam abducere quærat.

||Multa sunt caussæ, quamobrem cupio abducere:
Primum, quod soror est dicta: præterea, vt suis
Restituam, ac reddam. sola sum: habeo hic neminem,

Amicus perpetuus, amator ad tẽpus

Neque ||amicũ, neque cognatũ. quamobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.

*Vide quam leniter, precatur, & blãde

Sine illum priores parteis hosce aliquot dies
Apud me habere. nihil respondes? PH. pessuma,
Ego quidquam cum istis factis tibi respondeam?
PA. Hei noster, laudo. tandem perdoluit: vir es.

Indignanter omnia repetit.

PH. At ego|| nesciebam, quorsum tu ires. paruola
Hinc est abrepta: eduxit mater pro sua:
Soror est dicta: cupio abducere, vt reddam suis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique:

Ironia stomachantis amatoris.

Excludor ego, ille recipitur: qua gratia?
Nisi illum||plus amas, quam me: & istã nunc times,
Quæ aduecta est, ne illum talem præripiat tibi.
T. Egon' id timeo? PH. quid te ergo sollicitat? cedò.

Nuncubi: id est, nunquid alicubi.

Num solus ille dona dat||nuncubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier?
Nonne, vbi mihi dixti cupere te ex Æthiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus
Quæsiui? eunuchum porro dixti velle te,
Quia solæ vtuntur his reginæ: repperi:
Heri minas viginti pro ambobus dedi:
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria:
Ob hæc facta abs te spernor. T. quid istuc Phædria?
Quamquã illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maxumè: veruntamen,
Potius quam te inimicum habeam, faciã vt iusseris.

Verbum prodicto ponitur

PH. *Vtinã istuc|| verbum ex animo ac vere diceres,
Potius, quam te inimicũ habeam: si istuc crederem

Sincere

Syncere dici, quiduis possem perpeti.
PA. Labascit, victus uno verbo, quàm cito?
T. || Ego non ex animo misera dico? quam ioco
Rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas solum. PH. si quidem biduum:
Verum ne fiant isti viginti dies.
T. Profecto nō plus biduū || aut. PH. aut? nihil moror.
T. Non fiet. hoc modo sine te exorem. PH. scilicet
Faciundū est, q̄ vis. T. meritò amo tē. PH. bene facis:
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:*
Ita facere certum est mos gerundus est Thaidi.
Tu hoc Parmeno fac illi adducantur. PA. maxumè.
PH. In hoc biduum Thais vale. T. mi Phædria,
Et tu. numquid vis aliud? PH. egóne quid velim?
Cum milite || isto præsens, absens vt sies:
Dies noctesq; ames me: me desideres:
Me somnies: me exspectes: de me cogites:
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:
Meus fac sis postremò animus, quādo ego sum tuus.
T. Me miseram, forsitan hic mihi paruā habeat fidē:
Atque ex || aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certò scio,
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam chariorem hoc Phædria:
Et quidquid huius feci, caussa virginis
Feci: nam me eius || spero fratrem propemodum
Iam repperisse, adolescentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro, atque exspectabo, dum venit.

Ego, emphasin habet.

Aposiopesis.

**Omnia hæc vim. amoris exprimunt.*

Biduum, tanquam biennium sit.

Per contemptum, quasi odiose.

Meretrix bona hic inducitur.

Id est, credo.

ACTVS II. SCENA I.

A ΩG. Phædria rus concedit, id quod Thaidi se facturū dixerat. Illius ex amore immutationē miratur Parmeno: & militis donū ita laudat,

Eunucho præferat.

Trochaici iambici permixti, cum octonarij tum senarii, vnus quaternarius.

PHEDRIA, PARMENO.

Isti scilicet Eunuchus, & Aethiopissa. Vt riualem apponat, ita & munus, sed decebat militis munus vincere.

||Figuratè pro, qui mihi sum carior.

||pro quoad, per crasin.

||ab eius animo, & in perpetuum sic enim sonant h c ſ t ra. Nam.i.

PH. *Ita fac, vt iussi, deducantur* isti. PA. faciam. PH. at diligenter.*

PA. Fiet. Ph. at mature. PA. fiet. Ph. satin' hoc mandatum est tibi?

PA. Ah rogitare? quasi difficile siet. vtinam

Tam aliquid facile inuenire possis Phædria,

Hoc quàm peribit. Ph. ego quoque vna pereo, quod mi est ||carius.

Ne istuc tam iniquo patiare animo. PA. minimè: quin

Effectum dabo, sed numquid aliud imperas?

PH. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris: &

Istum æmulum ||quod poteris, ab ea pellito.

PA. Memini, tametsi nullus moneas. Ph. ego rus ibo, atque ibi manebo.

PA. Censeo. Ph. sed heus tu. PA. quid vis? Ph. censen' posse me obfirmare, &

Perpeti, ne redeã interea? PA. tene? nõ hercle arbitror:

Nam aut iam reuertere. aut mox noctu te adigent horsum insomnia.

*Hoc proficies *Vetuste. ne pro mihi: Sic Heaut. Act. 5. Sc. 2. te indulgebant.*

Ph. Opus faciã, vt defatiger vsq;, ingratijs vt dormiã.

PA. Vigilabis lassus. hoc ||plus facies. Ph. ah, nil dicis Parmeno.

Eijciunda hercle hæc mollities animi: nimis me indulgeo.*

Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum triduum? PA. hui,

Vniuersum triduũ? vide, quid agas. Ph. stat sententia.

PA. Dij boni, quid hoc morbi est? adeon' homines immutarier

Laus Phædriæ ab acta ætate.

Ex amore, vt ||non cognoscas eũdem esse! hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis cõtinens.

Sed quis hic est, qui huc pergit? atat, hic quidem est parasitus Gnatho
Militis: || ducit secum una virginem huic dono: papæ, — *Oeconomia ad futurum amorem.*
Facie honesta. mirum, ni ego me turpiter hodie hic dabo*
Cum meo decrepito hoc eunucho. hæc superat ipsam Thaidem. — **hic.*

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Quasi ambulantem Gnathonis personam inducit, sub cuius verbis corrupti hominũ mores ostenduntur, maximè assentatorũ, qui patellam sequũtur, & ad epulas pręsto sunt.

Trochaici & iambici octonarii catalectici, additis aliquot iambicis.

GNATHO, PARMENO.

G. *DII immortales || homini homo quid præstat? stulto intelligens* — *Gnathonis descriptio.*
Quid interest? hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi:
Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem || haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona. — *Id est, nõ auarum.*
Video sentũ, squalidum, ægrũ, pannis, annisq; obsitum. — *Dialogicos hæc dicũtur.*
Quid istuc, inquã, ornati est? quoniam miser, quod habui, perdidi.
Hẽ, quo redactus sum. || omnes noti me, atq; amici deserunt. — *Omnia hæc ex media sumuntur consuetudine.*
Hic ego illũ contempsi præ me: quid homo, inquam, ignauissime?
Itane parasti te, vt spes nulla reliqua in te siet tibi?
Simul cõsiliũ cũ re amisti? vidẽ me ex eodẽ ortu loco?
Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?
**Omnia habeo, neq; quidquam habeo: nil cum est, nil desit tamen.* — *Metaphoricos à peregrinantibus.*

At ego infelix neque *ridiculus esse, neq; plagas pati
Possum. quid tu his rebus credis fieri: tota erras via.
Olim isti fuit generi quōdā quæstus apud seclū prius.
||Hoc nouum est aucupium: ego adeò hanc primus inueni° viam.
Est genus hominum qui, esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt: hoc consector: hisce ego non paro me vt rideant,
Sed eis vltro arrideo, & *eorū ingenia admiror simul:
Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque:
Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui egomet mihi,
||Omnia assentari. is quæstus nūc est multo vberrim°.
PA. Scitum hercle hominem: hic homines prorsum ex stultis insanos facit.
G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellū vbi aduenimus,
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, coqui,
Lanij, cetarij, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus & re salua & perdita profueram, & prosum sæpe:
Salutant: ad cœnam vocant?. || ductum gratulantur.
Ille vbi miser, famelicus, videt me esse* in tantum honorem,
Et tam facilè victum quærere: ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me. sectari iussi,
Si potis est, tanquam philosophorum habent disciplina ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem vt Gnathonici vocentur.
PA. Viden', otium, & cibus quid faciat alienus? GN. sed ego cesso

Parasc. derisores ridiculis dicterijs alienū cibum captabant: paras. flagriones scapulis ad plagas venditandis, vnde plagipatidæ. Plaut. Nann.

||Gloriosos & iactabundos carpit.

*Adulatorū officium.

Sentētia verissima, hac præsertim tempestate.

Antiptosis, pro adductum.

*Vetus est, pro in tanto honore. In potestatem dixit Cic. pro, in potestate.

Ad

Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam vt veniat?
Sed Parmenonē ante ostium Thaidis tristem video,
Riualis seruum. salua res est: nimirum hic homines frigent.
Nebulonem hunc certum est ludere. PA. hice hoc munere arbitrantur
Suam Thaidē esse. GN. plurima salute Parmenonem
Summum suum || impertit Gnatho. quid agitur? PA. statur. GN. video:*
Numquidnam hic, quod nolis, vides? PA. te. GN. credo, at numquid aliud?
PA. Quidum? GN. quia tristis es. PA. nihil equidem. GN. ne sis. sed quid videtur
Hoc tibi mancipium? PA. non malum hercle. GN. ||vro hominem. PA. vt falsus animi est.
GN. Quam hoc munus gratu Thaidi arbitrare esse? PA. hoc nunc dices,*
Eiectos hinc nos. OMNIVM RERVM heus vicissitudo est.
GN. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam:
Ne sursum, deorsū cursites: ne've vsq; ad lucē vigiles.
Ecquid beo te? PA. men'? papa. GN. ||sic soleo amicos. PA. laudo.
GN. Detineo te fortasse: tu profecturus aliò fueras.
PA. Nusquam. GN. tum tu igitur paullum da mihi operæ. ||fac, vt admittar
Ad illam. PA. age modo, nunc tibi patent fores hæ, quia istam ducis.
GN. Num quem euocari hinc vis forás? PA. ||sine biduum hoc prætereat.
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.

Id est, porcorum. ||Lege Scopæ appē dicem Coll. cap. 6.

||Parasitica elegantia. Laudatio mimica.

**Gnato insultat Parmenoni.*

Eclipsis. sc. beare.

Ironicè.

Submißius pronūtiādū. A cōtrarijs, & est hyper

bole expresſiſsima.

GN. Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho nunnam tu hic relictus cuſtos,
Ne quis forte internuncius ||clam à milite ad iſtā curſitet?

Ironicè.

Pa. Facete dictum. mira vero, militi qua placeant.

Paraſceue ad aliam ſcenam.

||Sed video herilem filium minorem huc aduenire.
Miror, qui ex Piræo abierit: nam ibi cuſtos publicè eſt nunc.
Non temere eſt: & properans venit: neſcio quid circunſpectat.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Chærea laudat forte conſpectam virginem: queritur ſubductam: Parmeno oſtendit, qui fieri poſſit, vt illa potiatur.

Iambici octonarij & ſenarij: itē Trochaici octonarii, & vnus Iambicus quaternarius.

CHAEREA, PARMENO.

*Occaſio tam quā noua fabulæ, & noui motus in hac comœdia, eſt autem oratio plena affectibus

Ch. O*Ccidi.
Neque virgo eſt vſquam, ||neque ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.

||Satis ſamatoriè qui ſe quoque perdidit, dum illā inuenit.

Vbi quæram? vbi inueſtigem? quem perconter? quā inſiſtam viam?
Incertus ſum: vna hæc ſpes eſt: vbi vbi eſt, diu celari non poteſt.

*Virginis laus a forma.

*O faciē pulchrā: deleo omnes dehinc ex animo mulieres.
Tædet quotidianarum harum formarum. PA. ecce autem alterum,

Plaut. in Amphitr. parum etiā prarit futurum eſt, prædicas: eſtque Plautus ſæpe hac figura vſus. Vide Donat, & Ioan. Ri-[illegible]

De amore neſcio quid loquitur. ô infortunatū ſenē!
Hic verò eſt, qui ſi amare occeperit, ludum iocumque
Dices fuiſſe illū alterū, ||præut huius rabies quæ dabit.
Ch. Vt illum dij, deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt:
Meque adeo, qui reſtiterim, tum autem qui illum ||flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem. ſalue. PA. quid tu es triſtis? quid

quid'ne alacris?
Vnde is? C.ego hercle nescio, ||neque vnde eam,neque quorsum eam: *Perturbatio ex amore.*
Ita prorsum oblitus sum mei.
P.A.Qui quæso?C amo.P.A.ehem.C.nunc te Parmeno ostendes,qui vir sies.
Scis te mihi sæpe pollicitũ esse:Chærea,aliquid inueni
Modo, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt noscas meam:
Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum.
P.A.Age inepte.C.hoc hercle factum est,fac sis,nunc promissa appareant,
Siue adeo digna res est,vbi tu neruos intendas tuos.
||Haud similis virgo est virginum nostrarum: quas matres student *Reprehendit industriæ cultum & laudat pulchritudinem naturæ.*
Demissis humeris,esse vincto pectore,vt graciles sient.
Si qua est habitior paulo,pugilem esse aiunt:deducunt cibum:
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas:
Itaque amantur.Pa.quid tua istæc? C.noua figura oris.Pa.papæ.
Ch.||Color verus,corp⁹ solidum,& succi plenum.Pa.anni.C.sedecim. *Descrip.formosæ puellæ.*
Pa.Flos ipse.C.hãc tu mihi vel vi,vel clã,vel precario
Fac tradas:mea nihil refert,||dum potiar modò. *affectus amatorius.*
P.A.Quid,virgo cuia est? C.nescio hercle.P.vnde est?C.tantundem.P.vbi habitat?
CH.Ne id quidem.P.vbi vidisti? C.in via.P.qua ratione amisisti?
C.Id equidem adueniens mecum stomachabar modò: *Cuique sua in ria maxima videntur.*
||Neque quenquam hominem esse ego arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sient.

PA. Quid hoc est sceleris? C. perij. P. quid factum est? C. rogas?
Patris cognatum atque æqualem Archidemidem
Correptio.
Nostin'? P. || quid ni? C. is, dum sequor hanc, fit mihi obuiam.
PA. Incommode hercle. CH. immo enimuero infelici(ter.
Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.
Illum, liquet mihi deierare, his mensibus
Sex septem prorsum non vidisse proxumis,
Nisi nunc, cum minimè vellem, minimeq; opus fuit.
Eho, non'ne hoc monstri simile est? quid ais? P. maxumè.
Hypotyposis odiosi senis.
CH. Continuò accurrit ad me, quàm longè quidem,
*Incuruus, tremulus, labijs demissis, gemens:
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti.
Hyperbole ex fastidio orta.
Scin' quid ego te volebam? dic. || cras est mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nuncies
Patri, aduocatus manè mihi esse vt meminerit.
Dum hæc dicit, abijt hora. rogo, numquid velit.
Rectè, inquit. abeo. cum huc respicio ad Virginem,
Illa sese interea commodum huc aduorterat
In nostram hanc plateam. PA. mirum, ni hanc dicit, modò
Huic quæ data est dono. C. huc cùm aduenio, nulla e(rat.
Hic inceptiua particula est, non relatiua.
PA. Comites secuti scilicet sunt virginem?
CH. Verũ, parasitus cũ ancilla. PA. ipsa est, scilicet.
Desine. iam conclamatum est. CH. alias res agis.
PA. Istuc ago quidem. CH. nostin', quæ sit? dic mihi: aut
Repetitio amatoria.
Vidistin'? PA. vidi, noui: scio, quò abducta sit.
CH. O Parmeno mi, || nostin'? PA. noui. C. & scis, vbi siet?
PA. Huc deducta est ab Thaidem: ei dono data est.
CH. Quis is est tam potens cum || tanto munere hoc?

PA. mi-

PA. miles Thraso, *Munus affectate laudat*
Phaedriae riualis. CH. duras fratris partes praedicas.
PA. Immò enim, si scias quod donum huic dono contrà comparet,
Tum magis id dicas. CH. quodnam quaeso hercle? PA. eunuchum. CH. illum'ne obsecro
||Inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senem, mulierem? *Gemina vituperatio, ab aetate, & sexu.*
PA. Istunc ipsum. C. homo quatietur certè cum dono foras.
Sed istam Thaidem non sciui nobis vicinam. PA. haud diu est.
CH. Perij. nũquam'ne etiam me illam vidisse? ehodum dic mihi,
Est'ne, vt fertur forma? PA. sanè. C. at nihil ad nostram hanc. PA. alia res est.
*CH. Obsecro te hercle Parmeno, fac vt potiar. PA. *faciam sedulò, ac*
Dabo operam, adiutabo. nunquid me aliud vis? C. quò nunc is? PA. domum. *Parmeno diligentiã pollicetur.*
Vt mancipia haec, ita vt iussit frater, deducam ad Thaidem.
CH. ||O fortunatum istum eunuchum, qui quidem in hanc detur domum. *Occasio consilij & noui motus.*
PA. Quid ita? C. rogitas? summa forma semper cõseruam domi
||Videbit, colloquetur. aderit vnà in vnis aedibus, *Quinque amoris gradus*
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.
PA. Quid, si nunc tute fortunatus fias? C. qua re Parmeno?
Responde. PA. capias tu illius vestem. C. vestem? quid tum postea?
PA. Pro illo te deducam. C. audio. PA. te esse illum

dicam. C. intelligo.

PA. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modò:

Cibū vna capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias:

Quandoquidem illarum neque|| quisquā te nouit, neque scit qui sies.

Quisquam, fœm. genere ponitur.

Præterea forma, ætas ipsa est, facilè vt te pro eunucho probes.

CH. Dixisti pulchrè: nūquā vidi melius consiliū dari.

Age eamus intro: nunc iam orna me, abduc, duc, quātum potes.

Vafer seruus, non vult videri sceleris auctor.

Pa. quid agis?||iocabar equidē. C. garris. Pa. perij, quid ego egi miser?

Quo trudis? perculeris iā tu me? tibi equidē dico, mane

CH. Eamus. PA. Pergin'? C. certum est. PA. vide ne nimium calidum hoc sit modò.

C. Non est profectò. sine. PA. at enim istæc in me cudetur faba. ah

Flagitium facimus. C. an id flagitium est, si in domum meretriciam

Deducar, & illis||crucibus, quæ nos, nostramq; adolescentiam

Id est tormentis.

Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis,

Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam vt ab illis fallimur?

Argumētum à consequentibus.

|| An potius hæc pati, æquum est fieri, vt à me ludatur dolus?

Quod qui resciverint, culpent? illud meritò factū omnes putent.

Pa. Quid istuc? si certum est facere, faciam. verùm ne post conferas

Culpam in me. C. non faciam. Pa. iubes'ne? C. iubeo, cogo, atque impero.

Pa. Num-

Pa.Nunquam defugiam auctoritatem:sequere:C.dij vortant bene.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. Assentatur Gnatho, assentanti credit Thraso, seq;, & facta sua immodicè iactat. Cōsulit item Gnatho, ne miles purget se Thaidi de amore Pamphilę, imo potius augeat suspicionem, ita par pari relaturus.

Iambici senarij.

THRASO, GNATHO, PARMENO.

T. MAgnas verò agere gratias Thais mihi?
GN.Ingenteis.T.ain' tu, læta est?GN.non tam ipso quidem
Dono, quam abs te datum esse, id verò seriò
Triumphat.P.huc prouiso, vt vbi tempus siet,
Deducam.sed eccum militem.T.est || istuc datum
Profectò mihi, vt sint grata quæ facio omnia.
G.Aduorti hercle animum.T.vel rex semper maxumas
Mihi agebat, quidquid feceram:alijs non item.
G.||Labore alieno magno partam gloriam
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet salem*
Qui in te est.T.habes.G.rex te ergo in oculis.T.|| scilicet.
G.Gestare.T.verò, credere oēm exercitū,
Consilia.G.mirum.T.tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negoti si quando odium ceperat
Requiescere vbi volebat, quasi:nostin'? GN.scio.
Quasi vbi illā exspueret miseriā ex animo.T.tenes.
Tum me conuiuam solum abducebat sibi.G.|| hui,
Regem elegantem narras.T.immo sic homo
Est perpaucorum hominum.G.immo nullorum arbitror,
Si tecum viuit.T.inuidere omnes mihi,
Mordere clanculum:ego flocci pendere:
Illi inuidere miserè.verum vnus tamen

Antea depinxit parasitū, nūc insulsū, & ineptum Thrasonem describit.

Miles gloriosus à fato, et Deorū dona se laudat.

|| Assentatio, mordax tamen.

** Bemb trāsfert.*

|| Scilicet, mira laudis affectatio.

Amara & regis & Thrasonis irrisio.

Impensè,

Impense, elephantis quem Indicis præfecerat,
Is vbi molestus magis est, quæso, inquam, Strato,
Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?
G. Pulchrè me hercle dictum, & sapienter. papæ,
Iugularas hominem. quid ille? T. mutus illico.
G. Quidni esset? P. dij vostrã fidem, hominẽ perditũ,
Miserumq́; & illũ sacrilegũ. T. quid illud Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,
Nunquid tibi dixi? GN. nunquã: sed narra obsecro.
||Plus millies iam audiui. T. vna in conuiuio
Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.
Fortè habui scortum: cœpit ad id alludere.*
Et me irridere. quid ais, inquam, homo impudens?
Lepus tute es, & pulpamentum quæris. G. ha. ha. he.
T. Quid est? G. facetè, lepidè, lautè, nihil supra.
Tuum obsecróne hoc dictum erat? vetu' credidi.
T. Audieras? G. sæpe, & fertur in primis. T. ||meũ est.
G. Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero.
P. At te dij perdant. G. quid ille quæso? T. perditus.
Risu omnes, qui aderant, emoriri. denique
Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.
T. Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? G. nihil minus,
Imò magis auge suspicionem, T. cur? G. rogas?
Scin'? ||si quando illa mentionem Phædriæ
Facit, aut si laudat, te vt male vrat. T. sentio.
G. Id vt ne fiat, hæc res sola est remedio.
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuò, si quando illa dicet, Phædrium
Comessatum intromittamus: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra. denique
Par pro pari referto, quod eam mordeat.
T. Siquidẽ me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.

Hyperbole ex fastidio narrantis.

Ridicula militis verba.

Parasceue in prima fabulæ parte.

G. Quando

G. Quando illud, quod tu das, exspectat, atque amat:
Iam dudum amat te: iam dudum illi facile fit,
Quod doleat: metuet semper, quem ipsa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu || alio conferas.
T. Bene dixti, at mihi istuc non in mentem venerat.
G. Ridiculum: non enim cogitaras: ceterum,
Idem hoc tute melius || quanto inuenisses Thraso?

Locum, pro persona posuit.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. Parmeno & Eunuchũ & Aethiopissam, Phædriæ munera, tradit Thaidi, & vti iussus erat verbis ornat. Eidem Thraso & parasitus insultant.

Cum pōdere pronunciādū

Eiusdem generis.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS.

Th. AVdire vocem || visa sum modo militis:
Atque eccum. salue mi Thraso. THR. ô Thais mea,
Meum || suauium, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina istac? PAR. * quam venuste: quod dedit
Principium aduenẽs! THA. plurimum merito tuo.
GN. Eamus ergo ad cœnā: quid stas? PAR. hē alterum.
Ex homine huc natū dicas. TH. vbi vis, non moror.
PAR. Adibo. atque adsimulabo, quasi nunc exeam.
Ituran' Thais quopiam es? THA ehem Parmeno,
Bene fecisti: hodie itura. PAR. quo? Th. ecquid || hunc vides?
Pa. Video, & me tædet. vbi vis, dona adsunt tibi
A Phædria. Thr. quid stamus? cur non imus hinc?
Pa. Quæso hercle vt liceat, pace quod fiat tua,
Dare huic quæ volumus, conuenire & colloqui.
Thr. Perpulchra credo dona, haud nostris similia.
Pa. Res indicabit. heus iubete istos foras
Exire, quos iussi. ocyus procede tu huc.

De omni sensu dici potest

Grace, quod simul & osculū, & amores significat Nann. Miscel. lib. I.

* Ironia.

Mire pronome inuenit ne quicquam, lædat.

|| Ex

Cōmendatio à longinquitate loci.

||Ex Æthiopia est vsque hac. Th. hic sunt tres minæ.
Gn. Vix. Pa. vbi tu es Dore? accede huc. hem eunuchum tibi,
Quam liberli facie, quàm ætate integra?
Th. Ita me di ament, honestus est. Pa. quid tu ais Gnatho?
Nunquid habes, quod contēnas? quid tu autē Thraso?
Tacent: satis laudant. fac periculum in litteris,
*Fac in palæstra, in musicis. quæ liberum
Scire æquom est adolescentem, sollertem dabo.

Olim his artibus liberi erudiebātur

Thr. ||Ego illum eunuchum, si sit opus, vel sobrius.

||Honesta eclipsis, ob Thaidis præsentiam.

Pa. Atque hæc qui misit, non sibi soli postulat
Te viuere, & sua caussa excludi ceteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas
Ostentat: neque tibi obstat: quod quidam facit.
Verum, vbi molestum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit sat habet, si tum recipitur.
Thr. Apparet seruom hunc esse domini pauperis,
Miserique. Gn. nam hercle nemo posset, ||sat scio,

Assentator approbat militis dictum.

Qui haberet, qui pararet alium, hunc perpeti.
P. Tace tu: quem esse ego puto infra omnes infimos
Homines: nā, qui huic animum assentari induxeris,

Vetus adagium in adulatores.

||E flamma te petere cibum posse arbitror.
Thr. Iam'ne imus? Th. hos prius introducam, & , quæ volo,
Simul imperabo, postea continuò exeo.
Th. Ego hinc abeo. tu istā opperire. P. haud conuenit
Vna cum amica ire imperatorem in via.
Thra. Quid tibi ego multa dicam? domini similis es.
Gn. Ha, ha, hæ. T. quid rides? G . istuc, quod dixti modò:
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit.
Sed Thais exit. Thr. abi præcurre, vt sint domi
Parata omnia. Gn. ||fiat. T. diligenter Pythias

Fac cures, si Chremes hunc forte aduenerit,
Vt ores, primū vt maneat: si id non commodum est,
Vt redeat: si id non poterit, ad me adducito.
Py. Ita faciam. Th. quid? quid aliud volui dicere?
Hem, curate istam diligenter virginem.
Domi adsitis, facite. T. eamus. Th. || vos me sequimini.

Eclipsis ethica, qua plus vultu, quam verbis signatur.

Bēb. Ehem. || Ad pedissequas refertur

ACTVS III. SCENA III.

ARG. Chremes probus adolescens amari se à Thaide suspicatur, quem amorem effugere studet.

Iambici senarii.

CHREMES, PYTHIAS.

Ch. P|| Rofectò quanto magis magisque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnū malū:
Ita me video ab ea astutè labefactarier.
Iam tum, cùm primum iussit me ad se accersier
(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)
Vbi veni, caussam, vt ibi || manerem, repperit:
Ait rem diuinam fecisse, & rem seriam
Velle agere mecum. iam tum erat suspicio,
Dolo malo hæc fieri omnia. ipsa accumbere
Mecum, mihi sese dare, sermonem quærere.
Vbi friget, huc euasit, quam pridem pater
Mihi & mater mortui essent. dico, iam diu.
Rus Sunij ecquod habeam, & quam longe à mari.
Credo ei placere hoc: sperat se à me || auellere.
Postremo, ecqua inde parua perisset soror,
Ecquis cum ea vna: quid habuisset, cum perit:
Ecquis eam posset noscere. hæc cur quæritet?
Nisi illa forte, quæ olim perijt paruola
Soror, hanc se intendit esse, vt est audacia.
Verùm ea si viuit, annos nata est sedecim,
Non maior. Thais, ego quàm sum, maiuscula est.

Oratio cogitabundi, & futura, multò antè secū volutantis.

Manerem. honestius quam dormirem.

Tanquam à pertinaciter possidente.

Misit

Misit porrò orare, vt venirem seriò.

Bib. hic est. Aut dicat quid volt, aut molesta ne siet.

||Simplex rustici respõsio. Nõ hercle veniam tertiò. heus, heus. PY. ||. hic quis est?
CH. Ego sum Chremes. PY. ò capitulũ lepidissimum.
CH: Dico ego mi insidias fieri? PY. Thais maxumo
Te orabat opere, vt cras redires. CH. rus eo.
PY. Fac amabo. CH. non possum, inquam. PY. at apud nos hic mane,
Dum redeat ipsa. CH. nihil minus. PY. cur mi Chremes?

Indignatur de attrectatione Pythiæ CH. || Malã rẽ. abis hinc? PY. si istuc ita certũ est tibi
Amabo, vt illuc transeas, vbi illa est. CH. eo.
P. Abi Dorias, citò hunc deduce ad militem.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. Inducit personã, cui narraturus est Chęrea, quæ intus patrarit. Hoc ideo fit, vt populus percipiat auribus, quod honestis oculis subijci nequit. Iambici octonarij catalectici.

ANTIPHO.

Essemus, iá verbo sum. Plau. Minore nusquam bene fui dispendio. Et sæpe aliàs. AN. HEri aliquot adolescẽtuli coijmus in Piræo,
In hunc diẽ vt de symbolis || essemus. Chæream ei rei
Præfecimus: dati annuli: locu', temp' is constitutũ est.
Præterijt tẽpus: quo in loco dictũ est, parati nihil est.
Homo ipse nusquam est neque scio, quid dicam, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negoti ceteri dedere, vt illum quærã:

Chærea sub Eunuchi habitu virgine vitiata vix cognitus. Idq; adeò visam, si domi est. || quisnã hinc a Thaide exit?
Is est, an non est? ipsus' est. quid hoc hominis? qui est hic ornatus?
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neq; cõijcere.
Nisi quidquid est, procul hinc libet prius, quid sit, sciscitari.

AC-

ACTVS III. SCENA V.

ARG. Chærea foras prosiliens, exsultat, quod virgine potitus sit. Quid intus patrarit, narrat forte obuio Antiphoni. Trochaici, & Iambici octonarij acatalectici, & catalectici.

CHAEREA, ANTIPHO.

Ch. Num quis hic est? nemo est. num quis hinc me sequitur? nemo homo est.
Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Iupiter,
Nunc est profecto, interfici cum perpeti me possum:
Ne hoc gaudiū contaminet vita aliqua ægritudine.
Sed neminem'ne curiosum interuenire nunc mihi,
Qui me sequatur, quoquò eam, rogitando, obtundat, *enecet,
Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam, vbi siem
Vestitum hunc nactus, quid mihi quæram, sanus sim, an'ne insaniam?
A. Adibo, atq; ab eo gratiā hāc, quā video, velle, inibo.
Chærea: quid est quòd sic gestis? quid sibi hic vestitus quærit?
Quid est, quod lætus sis? quid tibi vis? satis'ne sanus? quid me
Adspectas? quid taces? CH. ò festus dies hominis: amice
Salue: nemo omnium est, quem ego magis nunc cuperem videre quam te.
A. Narra istuc quæso quid siet. CH. imò ego te obsecro hercle, vt audias.
*Nostin' hanc, quam frater amat? A. noui, nempe opinor Thaidem.
CH. Istam ipsam. A. sic commemineram. CH. quædā nouitie est ei dono data
Virgo. quid ego eius tibi nunc faciem prædicem,

Hæc verba gestum, vultumq; indicāt exeuntis

Instabilitatem fortunæ timet.

Exordiū patheticum.

*Donatus, enecet,

Occasione obuia persona, quæ turpiter gesta ob oculos poni non licebat, spectatorib. narrantur.

Narrratio, qua exponitur protasis secūdæ partis in fabula.

aut laudem Antipho,
Cum ipsum me noris, quàm elegans formarum spectator siem?
In hac commotus sum. A. ain' tu? CH. || primam dices, scio, si videris.

Narratio flagitij.

Quid multa verba? amare cœpi. forte fortuna domi
Quidam erat eunuchus, quē mercatus fuerat frater Thaidi:

Correptio intercipiēs narrationem.

Neque is deductus etiam tum ad eam. summonuit me Parmeno
Ibi seruus, quod ego arripui. A. quid id est? C. || tacitus, citius audies.
Vt vestem cum illo mutem, & pro illo iubeam me illuc ducier.
A. Pro eunuchon'? C. sic est. A. quid tandem ex ea re vt caperes, commodi?

Res amanti gratissima.

CH. Rogas || viderem, audirem, essem vnà, qua cum cupiebam Antipho.
Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum mulieri.
Illa illico vbi me accepit, læta verò ad se abducit domum,
Commendat virginem. AN. cui? tibine? C. mihi. AN. satis tutò tamen.
C. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat, & mihi, ne abscedam, imperat,
In interiore parte vt maneā solus cum sola. annuo.
Terram intuens modestè. AN. miser. C. ego, inquit, ad cenam hinc eo.

Occasio è solitudine.
Ita Heaut. Act. 5. sc. 7. & Phorm.

|| Abducit secum ancillas: paucæ, quæ circum illam essent, manent
Noui tirunculæ. continuò* hæc adornant, vt lauet.
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclaui sedet.

Suspe-

Suspectans||tabulam quandam pictam, ubi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danae misisse aiunt quendam in gremium imbrem aureum. (serat
Egomet quoque id spectare cœpi: & quia cõsimile lu-
Iam olim ille||ludum, impendio magis animu' gaudebat mihi,
Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas
Venisse clanculum per impluuiũ fucũ factũ mulieri.
At quem Deum? qui||templa cæli summa sonitu concutit.
Ego*homuncio hoc non facerem? ego illud vero ita feci, ac lubens.
Hæc dũ mecũ reputo, accersitur lauatũ interea virgo,
It, lauit, redit: deinde illam in lecto illæ collocant.
Sto expectans, siquid mihi imperent. venit vna, heus tu, inquit, Dore,
Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito dum lauamur.
Vbi nos lauerimus, si voles, lauato. accipio tristis.
A. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem.
Status quis esset, flabellum tenere te asinum tantum.
C. Vix elocuta est hoc, ||foras simul oẽs proruunt se:
Abeunt lauatum, perstrepunt, ita vt fit, domini vbi absunt.
Interea somnus virginẽ opprimit: ego limis aspecto
Sic per flabellũ clanculum, & simul alia circumspecto
Satin explorata sint. video esse: pessulum ostio obdo.
A. Quid tum? C. quid tum fatue? A. fateor. CH. egon' occasionem
Mihi ostentatam, tã breuẽ, tã optatã, tã insperatam,
Amitterem? tum pol ego is essem verè, qui assimulabar.

Act. 5. sce. 9.
||Tabula de Ioue, & Danae digna lu panari.
Ludum, non scelus dixit, Ioui & sibi de nequitia, blandiens.
Templa, cælũ ipsũ significant.
*P. Victorius in li. 4. Fam. epist. Cic. legit homuncio non fac.
Mos familiæ petulantis.
Clauso gutture explicata narratio

A. Sanè hercle ut dicis. sed interim de symbolis quid actum est?

C. Paratum est. A. frugi es: ubi? domin'? C. immò apud libertum Discum.

A. Perlongè est: sed tanto ocyus properemus: muta vestem.

C. Ubi mutem? perij: nam domo exulo: nunc metuo fratrem,

Ne intus sit porro autem, pater ne rure redierit iam.

Id est, in domum meam. *A. Eamus || id me ibi proximum est ubi mutes. C. rectè dicis.*

Eamus: & de istac simul, quo pacto porro possim

Potiri, consilium volo capere una tecum. A. fiat.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. Dorias ancilla hic narrat, quid in conuiuio militis actum sit.

Eiusdem generis,

DORIAS.

Illũ, scilicet Thrasonem, infinitiu pro finito.

ITa me dij bene ament, quantum ego || illum vidi, nõ nihil timeo

Misera, ne quam ille hodie insanu' turbam faciat, aut vim Thaidi.

Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens, frater virginis,

Rogat, illũ admitti ut iubeat. ille continuò irasci, neq;

Negare audere: Thais porrò instare, ut hominem inuitet. id

Faciebat retinendi illius caussa: quia, illa quæ cupiebat

De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.

Locus agnoscendæ virginis. *Inuitat tristis. mansit ibi. illa cũ illo sermonẽ occipit.*

Miles vero sibi putare || adductũ ante oculos æmulũ,

Voluit facere contra huic ægrè: heus heus, inquit, puer huc Pamphilam

Accerse,

Accerse, vt delectet hic nos. illa exclamat, minimè gentium.
Tun' in conuiuiũ illã? mile. ||tendere inde ad iurgium.
Interea aurum sibi clam mulier demit, dat mihi vt auferam.*
Hoc est signi, vbi primum poterit, sese illinc subducet, scio.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Secum cogitãs Phædria, quæ sit intercepti amoris passurus incommoda, si totum biduũ ruri manserit, vincente amore in vrbem redit.

Iambici senarij.

PHAEDRIA.

D||Vm rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem. quid opus est verbis? dum hæc puto,
Præterij imprudens villam. longe iam abieram,
Cum sensi. redeo rursum male vero me habens.
Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti:*
Occepi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendum est soli sine illa? quid tum postea?
Nihil est. quid? nihil? si non tangendi copia est,
Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit. certè extrema||linea
Amare, haud nihil est. villam prætereo sciens.
Sed quid hoc, quod timida subitò egreditur Pythias?

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. Pamphilam ab Eunucho vitiatam magnopere queritur Pythias, miratur Phędria: atque ita ex illius querela, & huius errore, multum delectationis spectator capit.

Iãbici octonarii, quibus admixti sunt Trochaici, iambicus senarius vnus.

Id est, pertinaciter intebatur, Virg. Vasto certamine tendunt
**Bcb. demit.*

Tempus postulat Phędriæ reditũ, vbi acta sunt omnia, quæ illius absentiam desiderabant.
Vbi incipit semita, quæ digrediens a via publica in villã deducit. Non.
Ordine & gradu, trahãtes & intersepiis theatri. sunt vero quinq̃ amoris lineæ. ex. 3 illa sup. Ac. 3. sce. 3.

PYTHIAS, DORIAS, PHAEDRIA.

Supra ipse Chærea narrauit suum factum, hic in personas spargitur, & idem factum narratur dissimili figura orationis.

PY. Vbi illum ego scelerosum misera, atque impium inueniam? aut vbi
Quæram? hoccine tam audax facinus facere esse ausum? Ph. perij: hoc quid sit, vereor.
Py. Quin insuper etiam scelus', postquam ludificatus' est virginem,
Vestem omnem miseræ discidit, tum ipsam capillo conscidit.
Ph. Hem. Py. qui nunc si detur mihi,
Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico

**Hic vides, quanta sit poetæ copia.*

Ph. Profectò nescio quid absente nobis turbatum est domi.
Adibo. quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythias?

Phædriæ insonti crimen imputat.

Py. Hem Phædria. egon' quem quæram? abi hinc quo dignus' es cum donis tuis

Antiptosis.

Tam lepidis. Ph. quid istuc est rei?
Py. Rogas me?* eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?
Vitiauit virginem, quam heræ dederat dono miles. Ph. quid ais?
Py. Perij. Ph. temulenta es. Py. vtinam sic sient, mihi qui malè volunt. (fuit?
Do. Au, obsecro mea Pythias, quod istuc nam monstri
Ph. Insanis: qui istuc facere eunuchus potuit? Py. ego illum nescio

Argumentis facta ostēdit

Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.
Virgo ipsa lacrumat, neque, cum rogites quid sit, audet dicere.

Ironicos.

Omnes suspiciones ad

Ille autem* bonus vir nusquam apparet. etiam hoc misera suspicor, (satis,
Aliquid domo abeuntem abstulisse. Ph. nequeo mirari

Quò

Quò abire ignauos ille possit longiùs, risi don um *Eunuchum reuocat.*
Fortè ad nos redijt. Py. vise amabo, num sit. Ph. iam saxo scies.
Do. Perij, obsecro. tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.
Py. At pol ego amatores audieram mulierum esse eos maxumos.
||Sed nihil potesse: verùm misera non in mentem venerat: *Sic Priscianus legit.*
Nam illum aliquò conclussem, neque illi commisissem virginem.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Hic ridiculo quodã, & periucundo errore spectatores oblectantur Phędria enim credit Eunuchũ quæri, quem dono Thaidi dederat, & hunc iratus adoritur, vt virginis stupratoré: signis tandem, & argumentis, comperit à Chęrea fratre perpetratum scelus.

Iambici senarij & Trochaici octonarij.

PHAEDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORIAS.

Ph. E||Xi foras scelestè: at etiam restitas? *Vt narratio & longior fiat, & magis ridicula, pergit in personas spargere.*
Fugitiue prodi, male conciliate. Do. obsecro. PH. oh.
Illud vide, os vt sibi distorsit carnufex.
Quid huc reditio est? quid vestis mutatio est?
Quid narras? paullum si cessassem Pythia,
Domi non offendissem. ita iam ornabat fugam.
PY. Habésne hominem amabo? PH. quid ni? PY. ó factũ bene.
Do. Istuc pol verò bene. PY. ||Vbi est? PH. rogitas? non vides? *Error vtriusque, Phædriæ scilicet, & Pythiæ.*
PY. Videam obsecro, quem? PH. hunc scilicet. PY. quis hic est homo?

PH.Qui ad vos deductus hodie est. PY.hunc oculis suis

Nostrarum nunquam quisquam, id est, nulla ex nobis.

||Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria.
PH.Nō vidit? PY.an tu hunc credidisti esse, obsecro,
Ad nos deductum? P.nanque alium habui neminem. PY.au,
Ne comparandus hic quidem ad illum est. ille erat
||Honesta facie, & liberali. P.ita visus est

Elegās Chæreæ descriptio ab igno - ta.

Dudum, quia varia veste exornatus fuit:
Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet.
PY.Tace obsecro: quasi vero paullum intersiet.
Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
Quem tu verò videre velles Phadria.

Eunuchi deformis descriptio.

Hic est vetus, vietus, veternosus, senex,
Colore mustellino. P.hem, quæ hæc est fabula?
Eò redigis me, vt, quid egerim, egomet nesciam.
Eho tu, emin' ego te? DO. emisti. PY.iube mihi denuò
Respondeat. PH.roga. PY.venistin' hodie ad nos? negat.
At ille alter venit annos natus sedecim:
Quem secum adduxit Parmeno. PH.agedum, hoc mihi expedi:
Primum vnde habes istam, quam habes, vestem? taces?

Obliquæ interrogationes, quibus testimonia deriuare nititur.

||Monstrum hominis, nō dicturus? Do.venit Chæreæ.
PH.Frater'ne? Do.ita est. Ph.quando? Do.hodie. Th.quam dudum? Do.modo.
Th.Qui cum? Do.cum Parmenone. Ph.noráśne eum prius?
Do.Non: nec, quis esset, vnquam audieram dicier.
PH.Vnde igitur, meū fratrem esse, sciebas? Do.Parmeno

Eunuchus rem aperit.

Dicebat eum esse:||is dedit hanc mihi vestē. PH.occidi.
Do.Meam ipse induit: post vna ambo abierunt foras.

PY.Iam

PY. Iam sati' credis sobriã esse me, & nil mẽtitã tibi?
Iam sati' certum est virginem vitiatam esse? PH. age nunc bellua,
Credis huic quod dicat? PY. quid isti credam? res ipsa indicat.
PH. Concede istuc paullulum. audin'? etiam paululũ, sat est.
||Dic dum hoc rursum, Chærean' tuam vestem detraxit tibi?
DO. Factum. PH. & ea est indutus? D. factum. P. & pro te huc deductus est? DO. ita.
P. Iuppiter magne, ô scelestum, atque audacem hominem. PH. væ mihi,
Etiam nunc non credis indignis nos irrisas modis?
PH. Mirũ ni tu credas q̃ iste dicat. quid agã, nescio.
Heus tu, negato rursum, possumne ego hodie ex te exsculpere
Verum? ||vidistin' fratrem Chæream? DO. non. PH. non potest sine
Malo fateri, video. sequere me hac. modò ait, modò negat.
Ora me. DO. obsecro te verò Phædria. PH. i intro. DO. ||hoi hei.
P. Alio pacto honestè quo modo hinc nunc abeam, nescio. (bere?
Actum est siquidem. tu me hic etiã nebulo ludifica-
PY. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me vivere.
DO. Sic est. PY. inueniam hodie, parem vbi pol referam gratiam.
Sed nunc quid faciendum censes Dorias? DO. de istac rogas
Virgine? PY. ita: vtrum taceam'ne, an prædicem? DO. pol, si sapis,

Sic interrogat, vt ea negari vellet.

Exclamatio bifariam accipienda.

Amplificatio & dilatio quæstionis.

Deploratio.

Sanũ cõsiliũ. ||Quod scis nescis, neque de eunucho, neque de vitio virginis.

Oeconomia ad futurum fabulae exitum.

Hac re & omni turba euolues te, & illi gratũ feceris.

Id modo dic, abisse Dorum. Py. ita faciam. Do. ||sed vide on' Chremen?

Thais iam aderit. Py. quid ita? Do. quia, cum inde abeo, iam tunc inceperat

Turba inter eos. Py. aufer aurũ hoc: ego scibo ex hoc, quid siet.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. A cena militis vino temigrauis egreditur Chremes adolescẽs: in cuius persona Terentius exprimit egregiè temulentorum consuetudinem, qui priorum memores, in præsentibus titubant.

Iambici octonarii.

CHREMES, PYTHIAS.

Interiectio est paulatim percepti mali.

Ch. AT, at, data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.

Ac dum accubabam, quam videbar mihi esse pulchrè sobrius:

Temulenti conditio.

Postquam surrexi, ||neque pes, neque mens satis suum officium facit.

Py. Chreme. C. quis est? ehem Pythia, vah quanto nunc formosior

Id est, paulo ante.

Videre, quam* dudum? Py. certè quidem tu pol multo alacrior.

CH. Verbum hercle verum hoc est: SINE Cerere & Libero friget Venus.

Sed Thais multo ante venit? Py. an'ne abiit iam à milite?

Id est longo tempore.

CH. ||Iamdudum ætatem. lites sunt inter eos factæ maxumæ.

Py. Nil dixit tũ, vt sequerere sese? C. nihil, nisi abiens mihi

mihi innuit.

Py. Eho, non'ne id ſat erat? C. at neſciebam id dicere illam, niſi quia

Correxit miles, quod intellexi minùs: nam me extruſit foras.

Sed eccam ipſam video: miror, vbi huic ego anteuorterim.

Simplex omnino Chremes inducitur.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. Colloquuntur Thais & Chremes: contra militem ſe muniunt, quem venturum putant, vt virginem eripiat. Timidior hic Chremes inducitur, quam Thais.

Trochaici & Iambici octonarij, Trochaicus quaternarius, & Iambicus quaternarius.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

Th. Credo equidem illum iam affuturum eſſe, illam vt eripiat: ſine

Veniat: atqui, ſi illam digito attigerit vno, oculi illico

Effodientur. vſque eò ego illius ferre poſſum ineptias,

Et magnifica verba, verba dum ſint. verum enim ſi ad || rem

Conferentur, vapulabit.

C. Thais, ego iam dudum hic adſum. T. ô mi Chreme, te ipſum exſpectabam:

Scin'tu turbam hanc propter te eſſe factam? & adeò ad te attinere hanc

Omnem rem? C. || ad me? qui? quaſi iſtuc. T. quia dum tibi ſororem ſtudeo

Reddere, & reſtituere, hæc atque huiuſmodi ſum multa paſſa.

C. Vbi ea eſt? T. domi apud me. C. ehem. T. quid eſt?

Educta ita, vti teque, illaque dignum eſt. C. quid ais? T. id quod res eſt.

Paraſceue eius metus, quem miles excitabit oppugnaturus ædes.

Id eſt, ad opus Nann. Miſ. lib. 1.

Vt ruſticus pudens, & timidus turbatus eſt his verbis.

|| Hanc

Beneficium exhibet, non pretio secum agit.

||Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretij.

C. Et habetur, & refertur a me Thais tibi, ita vti merita es,

Ad bellũ futurum animat.

Gratia. T. ||At enim caue, ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas

Chreme. nam hæc ea, est, quam miles à me vi nunc venit ereptum.

Monimenta sunt, quæ inepti instrumeta vocãt:

Abi tu, cistellam Pythias domo effer cũ ||monumentis.

C. Viden' tu illum Thais? P. vbi sita est? T. in risco: odiosa cessas?

Timoris indicium.

CH. Militem secum ad te quantas copias adducere?

At at at. T. num*formidolosus obsecro es mi homo? C. ||apagesis,

Verbum Comicum, siue aduerbium Græcum, id est recede.

Ego formidolosus? nemo est hominum, qui viuat, minus.

TH Atque ita opu' est. CH. au, metuo, qualem tu, me esse hominem existimes.

Facilem victoriam proponit.

T. Imò hoc cogitato: quicũ res tibi est, peregrinus est,

||Minu' potens quàm tu, minu' notus, amicorum hic habens minus.

CH. Scio istuc: sed tu quod cauere possis, stultum admittere est.

Malo ego nos prospicere, quam hunc vlcisci accepta iniuria.

Fugiendi occasionẽ quærit.

Abi tu, atque ostium obsera intus, ||ego dum hinc transcurro ad forum:

Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. TH. mane.

CH. Melius est. TH. mane. CH. omitte, iam adero. T. nil opus est istu Chreme:

Hoc dic modò, ||sororem illam tuã esse, & te paruam virginem

A iusto & possibili.

Amisisse, nunc cognosse: signa ostende. P. adsunt. TH. cape

Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin'? C probè.

TH. Fac, animo hæc præsenti dicas. C. faciam. T. attolle pallium.

Perij, huic ipsi opus patrono est, quem defensorem paro.

Nā violento ciuiliter resisti solet.

ACTVS IIII. SCENA. VII.

ARG. Inepti militis vanitatem optime hic exprimit Terentius, cum furenti similis ad amicam, tanquàm ad hostilem pergit exercitum.

Iambici & Trochaici octonarij

THRASO, GNATO, SANGA, CHREMES, THAIS.

H|| Anccine ego vt cōtumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho?

Epitasis prioris partis in fabula. Est autem perridicula, Thrasone digna.

Mori me satius est. Simalio,* Donax, Syrisce, sequimini.

Primum adeis expugnabo. GN. rectè. THR. virginē eripiam. GN. ||probè.

*Dorax.

||Gnatho ad omnia assentatur.

THR. Malè multabo ipsam. GN. pulchrè. THR. in medium huc agmen* cum vecti Donax,

Tu Simalio in sinistrū||cornu. tu Syrisce in dexterū.

Cedo alios: vbi cēturio est Sanga, & manipulus furum? S. eccum adest.

Sic Pris. lib. 7. legit.

||Antiquè, cornum.

Thr. Quid ignaue? peniculon' pugnare, qui istum huc portes, cogitas?

S. Egone? imperatoris virtutem noueram, & vim militum:

Sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem ||vulnera.

Ridēdo, hæc Sanga dicit

Thr. Vbi alij? S. qui malum, alij? solus Sannio seruat domi.

Thr. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.

Gn.

Acerbe militē irridet

Gn.* Illuc est sapere: vt hosce instruxit, ipsus sibi cauit loco.

Thr. || Idem hocce Pyrrhus factitauit. CH. viden' tu Thais, quam hic rem agit?

Alius Diem, antiquū aduerbium est, & breuitatem temporis significat. ita in Phor. Act. 3. Sc. 3. Dum igitur diem licet.

Timorē militis notat.

Nimirū cōsiliū illud rectum est de occludendis ædibus.

Thr. Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est:

Ne metuas. Thra. quid videtur? Gna. fundam tibi nūc nimis vellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex || occulto cæderes: facerent fugam.

Thr. Sed eccam Thaidem ipsam video. Gn. quam mox irruimus? Thr. mane.

Omnia prius experiri verbis, quàm armis, sapientem decet.

Qui scis, an, quæ iubeam, sine vi faciat? Gn. Dij vostram fidem,

Impudens assentatio.

|| Quanti est sapere. nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.

Thr. Thais, primum hoc mihi responde: cùm tibi do istam virginem,

Per contemptū sic respōdet.

*Dixtin' hos mihi dies soli dare te? Tha. quid tum postea? Thr. rogitas,

Quæ mi ante oculos amatorem coràm adduxisti tuū?

Libuit, superbū & meretricium verbum.

Quid cum illo vt agas? & cum eo clam subduxisti te mihi?

Tha.* Libuit. Thr. Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mauis eripi.

Hæc pronomina multū significantiæ habent.

Ch. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium. G.: ah, quid ais? tace.

Ch.* Quid tu tibi vis? Thr. ego non tangam meam? Ch.* tuam autem furcifer?

Gn. Caue sis: nescis, cui maledicas nunc viro. Ch. non tu hinc abis?

*Sem-

*Scin' tu, ut tibi res se habeat? si quidquam hodie hic *turbæ caperis,
Faciam, huius, loci, dijq; meiq; semper memineris.
GN. Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
Ch. || Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis. Gn. ain' verò canis?
Siccine agis? Thr. quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?
Ch. Scibis. principio eam esse dico liberam. Thr. hem. Ch. ciuem Atticam. Thr. hui.
Ch. Meam sororem. Thr. os durũ. Ch. miles, nunc adeò edico tibi,
Ne vim facias vllam in illam. *Thais, ego eo ad Sophronam
Nutricem, vt, eam adducã, & signa ostendam hac. Thr. tun' me prohibeas,
Meam ne tangam? Ch. prohibeo inquam. GN. audin' tu, hic || furti se alligat.
Ch. Satin' hoc est tibi? Thr hoc idem tu ais? Tha. quære, qui respondeat.
Thr. || Quid nunc agimus? GN. *quin redeamus: iam hæc tibi aderit supplicans (eriũ:
Vltro. Thr. credin'? GN. imò certè: noui ingeniũ mulie-
|| Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. Thr. bene putas.
GN. Iam dimitto exercitum? THR. vbi vis. GN. Sãgarita viri fortes decet
Milites, domique, focique fac vicißim vt memineris.
SAN. Iamdudũ est animus in patinis. GN. frugi es. Thr. vos me hac sequimini.

Vehemẽs meticulosi comminatio.

Conuicium impudentis.

Lenius hoc dicit, ne miles audiat.

*Metaphoricos furtũ pro omni fraude & dolo accipitur.

Vide, vani impetus quẽ exitũ sumit.

*Beb. quid.

Mulierũ conditio.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. Ex Pythia ancilla Thais à Chærea vitiatã agnoscit Pamphilam. Iambici senarii.

THAIS, PYTHIAS.

Epitasis posterioris pars est in fabula, deprehenso Chærea.

TH. I||Ergin' scelesta mecum perplexè loqui?
Scio, nescio: abijt, audiui: ego non affui.
Non tu istuc mihi dictura apertè es, quidquid est?
Virga conscissa veste lacrumans obticet,
Eunuchus abijt, quamobrem? quid factum est? taces?
PY. Quid tibi ego dicam misera? illum eunuchum negant
Fuisse. Th. quis fuit igitur? Py. iste Chærea.
Th. Qui Chærea? Py. iste ephebus frater Phædriæ.
Th. Quid ais||venefica? Py. atqui certò comperi.
Th. Quid is* obsecro ad nos, quamobrem adductu' est? Py. nescio,
Nisi amasse credo Pamphilã. T. hem misera occidi,
Infelix, siquidem tu istac vera prædicas.
Num id lacrumat virgo? Py. id opinor. T. quid ais sacrilega?
Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?
Py. Quid facerem ita vt tu iusti, soli credita est.
TH. Scelesta, ouem lupo commisti. dispudet,
Sic mihi data esse verba, quid hominis illic est?
PY. Hera mea tace, obsecro, saluæ sumus.||hominem
Habemus ipsum. T. vbi is est? P. hem ad sinistram. nõ vides?
En. T. video. PY. comprehendi iube quantum potest.
TH. Quid illi facies stulta? PY. quid faciam, rogas?
Vide amabo, si non, cum adspicias: os impudens
Videtur. TH. non. PY. tum, quæ eius confidentia est.

Conuicium Comicum in ancillas.

**Dolẽtis est, non negãtis.*

Blandè, & puellariter

ACTVS V. SCENA II.

ARG. Thais cum Chærea contendit ob vitiatam Pamphilam: deinde condonat noxam petenti vxorem, quam vitiauerat.

Eiusdem generis.

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

CH.

CH. Apud Antiphonem vterque, mater, & pater, Quasi dedita opera, domi erant, vt nullo modo
Introire possem, quin viderent me. interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam
Venit. vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum, inde item
In aliud, inde in aliud. ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed estne hæc Thais, quam video? ipsa est, hæreo.
||Ah, quid faciam? quid mea autẽ? quid faciet mihi?
TH. Adeamus. bone vir Dore, salue: dic mihi,
Aufugistin'? CH. hera factum. TH. satin' id tibi placet?
CH. Non. TH. credin' te impunè abiturum? CH. vnã hanc noxiam
Mitte. si aliam vnquam admisero vllam, occidito.
TH. Num meam sæuitiam veritus es? CH. non. TH. Quid igitur?
CH. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
TH. Quid feceras? CH. ||Paullulum quiddam. PY. ||eho, paullulum impudens?
An paullulum esse hoc tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem? CH. conseruam esse credidi.
PY. Conseruam? vix me contineo, quin inuolem in
Capillum. monstrum, etiam vltro derisum aduenit.
TH. Abi hinc insana. PY. quid ita vero? *debeam,
Credo, isti quidquam furcifero, si id fecerim:
Præsertim cum se seruom fateatur tuum.
TH. Missa hæc faciamus. non te dignum Chærea
Fecisti. num si ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.
*Neque edepol, quid nunc consili capiam, scio,
De virgine ista: ita conturbasti mihi

Hic caussam reddit Chærea, cur non mutauerit vestem.

Primus metus adimit consilii recogitatio vero, reddit confidentiam.

Crimen extenuat

Oportune stomachatur quia non fugit.

Vide hic castigationes Ioan. Riuij.

Artificiosa meretricis accusatio.

Aperit viam futuris nu-

ptijs: nam recedit à iocularib. ad seria.

Rationes omnes, vt eam non poßim suis,
Ita vt aequom fuerat, atque vt studui, tradere, vt
Solidum parerem hoc mihi beneficium Charea.
CH. At nunc dehinc spero aeternā inter nos gratiam
Fore Thais. saepe ex huiusmodi re quapiam, &
Malo ex principio magna familiaritas
||Conflata est. quid, si hoc quispiam voluit deus?
T... Equidem pol in eam partem accipioq; & volo.

Placatur Thais, estq; parasceue catastrophes.

CH. Immo ita quaeso. vnum hoc scito, contumelia
Non me fecisse caussa, sed amoris. TH. scio,
Et pol propterea magis, nunc ignosco tibi.
Non adeo inhumano ingenio sum Charea,
Neque tam imperita, vt, quid amor valeat, nesciam.
CH. Te quoq; iā Thais, ita me dij bene ament, amo.
PY. Tum pol ab istoc tibi hera cauendum intelligo.
CH. Non ausim. PY. nihil tibi quidquam credo. TH. desinas.
CH. Ego me tibi||commendo & committo fidei.

Commendo me notis, cōmitito ignotis

Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix sies:
Te mihi patronam cupio Thais: te obsecro:
Emoriar, si non hanc vxorem duxero.

Eclipsis, aut aposiopesis secunda.

TH. Tamen si pater. CH. quid? ah volet, certò scio.
Ciuis modò haec sit. TH. paullulum opperirier
Si vis, iam frater ipse hic aderit virginis:
Nutricem accersitum ijt, quae illam aluit paruolam:
In cognoscendo tute ipse aderis Charea.

Amatoriè dictum.

CH. Ego verò maneo. T. vis ne interea, dum is venit,
Domi opperiamur potius, quàm hic ante ostium?
CH. Immò||percupio. P. quā tu rē actura obsecro es?

Puellariter.

T. Nam quid ita? P. rogitas? hunc tu in aedes cogitas
Recipere posthac? T. cur nō? P. crede hoc||meae fidei,
Dabit hic aliquā pugnam denuo. T. au, tace obsecro.
PY. Parum perspexisse eius videre audaciam.
CH. Non faciam Pythia. P. non pol, credo, Charea,

Nisi

Nisi si commissum non erit. C. quin Pythias
Tu me seruato. P. neque pol seruandum tibi
Quidquam dare ausim, neque te seruare apage te.
TH. Optimè. adest ipse frater. C. perij hercle: obsecro
Abeamus intro Thais: nolo, me in via
Cum hac veste videat. TH. || quamobrem tandem: an quia pudet?
CH. Id ipsum. PY. id ipsũ: virgo verò. TH. i præ, sequar.
Tu istic mane, vt Chremem introducas Pythias.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. Pythias secum cogitat quo dolo Parmenonem vlcisci possit.

Iambici senarij.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

PY. Q || Vid? quid venire in mentẽ nunc possit mihi
Quidnam: qui referã illi sacrilego gratiam,
Qui hunc supposuit nobis? CH. moue verò ocyus
Te nutrix. S. moueo. C. video, sed nil promoues.
PY. Iam ne ostendisti signa nutrici? C. omnia.
PY. Amabo, quid ait? cognoscit ne? C. || ac memoriter.
PY. Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini.
Ite intro: iam dudum hera vos exspectat domi.
**Virum bonum eccum Parmenonem incedere*
Video: vide vt otiosus sit, si dijs placet.
Spero me habere, qui hunc meo || excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione vt certum sciam:
Post exibo, atque hunc || perterrebo sacrilegum.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Gloriatur Parmeno, quod Chæream pro eunucho ad Thaidem deduxerat: meretricũ sordes commemorat, quam rem iniquo fert animo Pythias.

Eiusdem rationis.

PARMENO, PYTHIAS.

Interrogatio increpatoria

Vt prolixior esset risus, spargitur catastrophe in alias personas, & terretur seruulus Parmeno:

|| Plus intulit quam rogabatur.

**Ironice.*

Vindictam expetit.

Minæ fæminea.

PA. REuiso quidnam Cherea hic rerum gerat.
Quod si astu rem tractauit, dij vostrā fidē,
Quantam, & quam veram laudem capiet Parmeno?
Nam vt omittam quod ei amorem difficillimum, &
Charissimum ab meretrice auara: virginem
Quam amabat, eam confeci sine molestia,
Sine sumptu, sine dispendio: tum hoc alterum,
Id verò est, quod ego mihi puto||palmarium,
Me repperisse, quo modo adolescentulus
Meretricum ingenia & mores posset noscere:
Maturè vt cum cognôrit, perpetuo oderit.
Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compositū quidquam, nec magis elegans:
Quæ cum amatore suo cum cœnant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam,
Quam inhonestæ solæ sint domi, atque auidæ cibi,
Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent,
Nosse omnia hæc, salus est adolescentulis.
PY. ||Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus,
Vlciscar, vt ne impunè in nos illuseris.

Idest, palma dignum.

Meretricum mores.

Miro poëtæ artificio Pythias nondū placatur.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. Parmenonem terret Pythias, confingens intus colligatū à Chremete Chæream, propter oblatū Pamphilæ vitiū.

Trochaici octonarij catalectici.

PYTHIAS, PARMENO.

PY. PRò deûm fidem, facinus fœdum. ô infelicem adolescentulum,
O scelestum Parmenonē, qui istum huc adduxit. PA. quid est?
PY. Miseret me: itaque, vt ne viderem, misera huc effugi foras.
Quæ futura* exempla dicunt in eum indigna? PA. ô Iupiter,

Singula pauido & attonito vultu proferenda.

Graues pœnæ exempla dicuntur.

Quæ

Quæ illæc turba est? numnam ego perij? adibo. quid istuc Pythias?

Quid ais? in quē exēpla fient? PY. rogitas audacissime?

Perdidisti istum, quem adduxti pro eunucho, adolescentulum,

Dum studes dare verba nobis. PA. quid ita? aut quid factum est? cedo.

PY. Dicam. virginem istam, Thaidi hodie quæ dono data est,

Scin' eam hinc ciuem esse? & eius fratrem adprimè nobilem?

PA. Nescio. PY. atqui sic inuenta est: eam iste vitiauit miser.

Ille vbi id resciuit factum frater violentissimus.

PA. Quidnam fecit? PY. colligauit primū eum miseris modis.

PA. Colligauit? hem. PY. atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide.

PA. Quid ais? PY. nunc minatur porrò sese id quod mœchis solet:*

Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim, PA. qua audacia

Tantum facinus audet? PY. quid ita tantum? PA. an non hoc maximum est?

Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia

Deprendi quemquam? PY. nescio. PA. at ne hoc nesciatis Pythias,

Dico, edico vobis, nostrū esse illū herilē filiū. PY. hem,

Obsecro an is est? PA. ne quam in illum Thais vim fieri sinat.

**Atque adeo autem cur non egomet intro eo? PY. vide Parmeno*

Quid agas, ne neque illi prosis, & tu pereas: nam hoc putant,

Hoc totum terribiliter, & cum gestu fœmineo.

Auxesis est virginem, ciuem, nobilē.

Hoc Parmenoni horrorē incutit.

Repetitio verbi, præ timore, & ira.

**Quod mœchis, amputare s. virilia.*

Astutè dicitur.

Ornata, & familiaris locutio.

Quidquid factum est, ex te esse ortum. PA. quid igitur faciam miser?

Quidue incipiã? ecce autem video rure redeuntẽ senẽ.

Hoc fit, vt nuptiæ conficiantur sene interueniente

||Dicam huic, an non? dicam hercle: etsi mihi magnum malum (pis:

Scio paratũ: sed necesse est, huic vt subueniat. PY. *sa-

*Ironicè, irrisoriè.

Ego abeo intro: tu isti narrato ordine, vt factum siet.

ACTVS V. SCENA VI.

ARG. A villa otioso & quieto redit ad vrbem animo hic senex: neque enim mores suorum clamitat neque mali quippiam suspicatur: sed rusculo suo gratias agit, cuius beneficio ignorat, quid in vrbe agant filij, quorũ amores & facta nunc demum cognoscit ex Parmenone.

Iambici senarij.

LACHES, PARMENO.

Energia senilis eloquij.

LA. EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neq; vrbis odium me vnquam percipit.

Parmeno sese temerè prodit.

Vbi satias cœpit fieri, commuto locum.
Sed est ne ille||noster Parmeno? & certè ipsus est.
Quem præstolare Parmeno hic ante ostium?
PA. Quis homo est? hem, saluum te aduenire here gaudeo. (LA. hem,
LA. Quem præstolare? PA. perij: lingua hæret metu.
Quid est, quod trepidas? satis'ne salue? dic mihi.
PA. Here, primũ te arbitrari id, quod res est, velim:
Quidquid huius factũ est, ||culpa non factum est mea.

Expurgatio criminis tanquam obijciatur.

LA. Quid? PA. rectè sane interrogasti. oportuit
Rem prænarrasse me. emit quendam Phædria (di.
Eunuchũ, quẽ dono huic daret. LA. cui? PAR. Thai-
LA. Emit? perij hercle, quãti? PA. viginti minis. (rea

Desperantis verbum.

LA.|| Actũ est. PA. tũ quãdã fidicinã amat hic Cha-
LA. Hẽ, quid amat? an scit iã ille, quid meretrix siet?

An

An in astu venit? || aliud ex alio malum; | Prouerbium
PA. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
LA. Omitte de te dicere. *ego te furcifer, | Pulcra aposiopesis, scil. vlciscar.
Si viuo. sed istuc, quidquid est, primum expedi.
PA. Is pro illo eunucho ad Thaidē hāc deductus est.
LA. || Pro eunuchon'! PAR. sic est. hunc pro mœcho postea | Admiratiue
Comprehendere intus, & constrinxere. LA. occidi.
PA. Audaciam meretricum specta. LA. nunquid est
Aliud mali, damni'ue, quod non dixeris,
Reliquom? PAR. tantum est. LA. cesson' huc intro irrumpere?
PAR. Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum,
Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me iusce aliquid esse euenturum mali:
Nam iamdiu aliquam caussam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret iis: nunc repperit.

ACTVS V. SCENA VII.

ARG. Pythias egrediens irridet Parmenonem plus satis credulum: simul populum docet, quid intus egerit senex.

Iambici octonarij catalectici.

PYTHIAS, PARMENO.

PY. NVnquam adepol quidquam iam diu, quod magis vellem euenire, | Hic persona cachinnans inducitur, quærens Parmenonē cuius adspectu ob nimiū risum vix elo qui potest.
Mi euenit, quam quod modo senex intro ad nos venit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, sciebam.
PA. Quid hoc autē est? PY. nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.
Sed vbi obsecro est? PA. men' quærit hæc? PY. atque eccum video: adibo.
PAR. Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? per-

gin'?PT.perij.

||Defessa iam sum misera te ridendo. PA. Quid ita? PT rogitas?

Nunquam adepol hominem stultiorem vidi, nec videbo. ah,

Non pote satis narrari, quos ludos præbueris intus.

At etiam primò callidum, & disertũ credidi hominẽ.

Quid* illicone credere ea, quæ dixi, oportuit te?

An pœnitebat flagitij, te auctore quod fecisset

Adolescens, ni miseru insuper etiam patri indicares?

Nam quid illi credis animi tum fuisse, vbi vestẽ videt

Illam esse eum indutũ pater? quid? iam scis te perijsse?

PA. Ehẽ, quid dixti pessuma? an mẽtita es? etiã rides?

Itan'||lepidum tibi visum est scelus, nos irridere? PT. nimium.

PAR. Siquidem istuc impunè habueris. PT. verum. PAR. reddam hercle. PT. credo:

Sed* in diẽ istuc Parmeno est fortasse, quod minitare:

Tu iam pendebis, qui stultũ adolescentulũ nobilitas

Flagitijs, & eundẽ in dicas: vterq; in te exẽpla edent.

PA. Nullus sum. PT. hic pro illo munere tibi honos est habitus. abeo.

PA. Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie pe-(rij.

Hæc verba pronunciãda sunt risu interrumpente

Obiurgatio de leuitate credendi.

Lepidũ scelus, irrisio ẽ intelligit.

Id est, in longam dilationem, ad tempus, ita in Phor. Act. 3. Sce. 2. in die abijt.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARG. Statuit hic miles vltro se dedere Thaidi, Herculis exemplo, qui Omphale seruiuit in lanificio, pro clauo & leonis tegmine, acceptis ab ea calatho & colo.

Trochaici octonarii catalectici.

GNATHO, THRASO.

GN. Q||Vid nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus? quid inceptas Thraso?

TH. Egone, vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. GN. quid est?

Catastrophẽ orditur de milite. Attende Gnathonem [illegible]

TH. Qui

TH. Qui minus huic, quàm Hercules seruiuit Omphale? GN. exemplum placet.
Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput.
Sed quid? fores crepuere ab ea. qd autē hoc est mali?
Hunc ego nunquam videram etiam. quidnam properans hinc prosilit?

per inuitum à mensa trahi.

ACTVS V. SCENA IX.

ARG. Qui alias gaudebat à se vitiatā puellam Chærea, eandē quod permissu sit parentis habiturus vxorē, nūc exsultat. Et in partē amoris recipitur à Thaide miles Thraso.

Iambici, trochaici, octonarii.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATHO, THRASO.

CH. O || Populares, ecquis me viuit hodie fortunatior?
Nemo hercle quisquam: nam in me planè dij potestatem suam
*Omnem ostendere, cui tam subito tot congruerint commoda.
PA. Quid hic latus est? CH. ô Parmeno mi, ô mearū voluptatum omnium (gaudijs?
Inuentor, inceptor, perfector, scin' me in quibus sim
Scis Pamphilam || meam inuentam ciuem? PA. audiui. C. scis* sponsam mihi?
PA. Bene, ita me di ament, factum. GN. audin' tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ,
Meo fratri, gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: una est domus:
Thais patri se commendauit, in clientelam & fidem,
Nobis dedit se. PA. fratris igitur Thais tota est? CH. scilicet.
P. Iam hoc aliud est, quod gaudeamus. miles || pellitur foras.

|| Populares, qui estis de populo, vel quibus populus fauet.

Mira auxesis.

|| Amatoriè dixit.

*Participiū hic est.

|| pelletur.

Diaperesis] oratoria. i. interrogatio sub dubitatione, familiaris laudantibus.

Obsecratio contra fortuna varietatē

Laus Thaidis à Charea

Insuauißim. amor est, quo frui nō licet.

Bemb collibitum

Donum parasito dignū.

Superbè, ac minaciter pronunciāda

CH. Tum tu, frater, vbi vbi est, fac quamprimum hæc
audiat. PA. visam domum.
T. || Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpetuò
perierim? GN. sine
Dubio opinor. CH. quid commemorem primum, aut
quem laudem maxumè?
Illum, qui mihi dedit consilium vt facerem: an me,
qui id ausu' sim
Incipere? an fortunā collaudē, quæ gubernatrix fuit,
Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum conclusit
diem? an
Mei patris festiuitatem & facilitatem? ô Iupiter
Serua || obsecro hæc nobis bona. PH. Dij vostram fidē,
incredibilia
Parmeno modò quæ narrauit. sed vbi est frater? C.
præsto est. PH. gaudeo.
C. Satis credo. || nihil est Thaide hac, frater, tua dignius
Quod ametur: ita nostræ est omni fautrix familiæ.
PH. hui, mihi (gis amo.
Illā laudas? T. perij, || quanto spei est minu', tanto ma-
Obsecro Gnatho, in te spes est. GN. quid vis faciam?
T. perfice hoc
Precibus, pretio, vt hæream aliqua in parte tamen
apud Thaidem.
GN. Difficile est. T. si quid || conlibuit, noui te. hoc si
effeceris,
Quoduis donū, præmiū à me optato, id optatū feres.
GN. Itáne? T. sic erit. GN. hoc si efficio, postulo vt
mihi tua || domus
Te præsente, absente pateat, inuocato vt sit locus
Semper. TH. do fidem ita futurum. GNA. accingar.
PH. quem hic ego audio? (en',
O Thraso. T. saluete. PH. tu fortasse, quæ facta hic si-
Nescis. T. scio. PH. || cur ergo in his te ego conspicor

regionibus?

TH. Vobis fret⁹. PH. scis quàm fretus? miles edico tibi
Si in platea hac te offendero pòst unquam nihil est quòd dicas mihi,
Alium quærebam, iter hàc habui: perijsti. GNA. eia haud sic decet.
P. || Dictum est. GN. non cognosco vostrum tam superbum. PH. sic erit. — Insinuatio.
G. Prius audite paucis: quod cùm dixero, si placuerit,
Facitote. PH. audiamus. GNA. tu concede paullum istuc Thraso.
Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim, (mea:
Me, || hui⁹ quidquid*facio, id facere maxumè caussa — Insinuandi præcepta seruat.
Verum idè si vobis prodest, vos non facere inscitia est.
PH. Quid id est? GN. militem riualē ego recipiendum censeo. PH. hem (dria — *faciam.
Recipiendum? GN. cogita modò: tu hercle cū illa Pha- — Persuasiones variæ ab vtili.
Et libenter viuis, & enim bene libenter victitas,
Et quod des paullum, & necesse est multum accipere Thaidem.
|| Vt tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo: ad
Omnia hæc magis opportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est. principio & habet quod det, & dat nemo largius: — Fatui, verbis et dictis, insulsi corde & animo: tardi corpore & mente.
|| Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctesq; & dies:
Neque tu istum metuis ne amet mulier: pellas facile, vbi velis.
PH. Quid agimus? GN. præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto, — Id est, pascit: tractat, inuitat.
|| Accipit*hominē nemo melius prorsꝰ, neq; prolixius.
PH. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est.
CH. idem arbitror. — *Seruius homo, legit supra illud. 3.
GN. Recte facitis. vnum etiam hoc vos oro, vt me in vostrum

Aen. Illos porticibus rex accipiebat in amplis.

vostrum gregem
Recipiatis: satis diu hoc iam saxum volo. P. recipimus.
CH. Ac libenter. G. ||At ego pro istoc, Thadria, & tu Charea,
Hunc comedendum, & deridendum vobis prabeo. CH. placet.
PH. Dignus est. G. Thraso, ubi vis, accede. T. obsecro te, quid agimus?

||Ostendit fidem amicitiae parasiticae.

C. Quid? isti te ignorabant. postquam eis mores ostendi tuos,
Et collaudaui secundum facta & virtutes tuas,
Impetraui. T. bene fecisti. gratiam habeo maxumam.
||Nunquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent plurimum.

Iactantia militis.

GN. Dixin' ego vobis, in hoc esse Atticam eloquentiam?*
PH. Nil praeter promissum est. ite hac. vos valete, & plaudite.

** Assentatio Gnathonica.*

IN HEAVTONTIMORVMENON TERENTII ARGVMENTVM.

CHREMES Sostratae vxori grauidę praeceperat, si puellam pareret, vt eam statim interficeret. fuit hęc immanitas in veterum moribus, vt, cum fera nulla sit, quę fœtus suos non diligat, ipsi, quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere fas putarent. Sostrata puellã enixa, (vt est maternus sęper animus clementior) vitã adimere non sustinuit: sed pauperculę cuidã anui Corinthiae, Philterę nomine, exponẽdã dedit: etiamq; muliebri quadã superstitione, annulum de digito detractum suo, iussit, vt vnà cũ puella exponeret. id, quod tũ stulte factũ videri poterat, postea puellae saluti fuit. eius enim annuli ope tandẽ agnita est à suis. anus accep-

acceptā puellā, Antiphilā nominat, educat atq; vt suam, eā, cum adoleuisset, anusq; illius filia putaretur, Menedemi filius, Clinia perditè amare cœpit; prope iā vt pro vxore haberet. quod vbi resciuit pater, ita violenter tulit, vt filium, assiduitate iurgandi, clā, militatū in Asiā abire coegerit. tū verò qui filii amorem iniquo animo tulerat. multò iniquiore eiusdem absentiam ferre cœpit. itaq; vt de se supplicium absenti filio daret, qui eū sæuitia sua exegisset ex ędib⁹, ædes, supellectilē, familiam vendit, præter, qui serui ad opus ruri faciūdum vtiles erant: ingentemq; sibi agrū cōparat, vbi à prima luce ad noctē non seruos modo exerceret, verumetiam homo sexagenarius, senectutē miseris modis excruciaret suā. profecto Clinia, Philterę, quę, vt dixi, Antiphilæ putabatur mater, extremū vitæ diem morte confecit. Clinia, cum iam menses tres abfuisset, amicæ desiderio reuersus, non ausus est patri se in conspectū dare, antequam illi⁹ asperitatē veritus: se, ad Clitiphonē, Chremetis filium, diuertit: quicū magna ipsi à puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu lætus, Syrum & Dromonē & seruas (iā autē aduesperascebat) in vrbem ad accersendā Antiphilā, mittit. exposuerat eo ipso die Menedemus Chremeti, quanto sibi desiderio esset filius: parum vt abfuerit, quin Chremes, cùm primum de reditu Cliniæ accepit, mitteret, qui ei nunciarēt. continuit tamen se in diē posterū: quòd ita magis è re illius fore censeret. Syrus, summa seruus & audacia, & astutia, qui Antiphilam tantū accersere iussus esset, etiam Bacchidem adduxit. erat hæc meretrix, procax, potens, sumptuosa, nobilis, cuius se amo-

re

hoc consilium capiunt, vt Bacchidem quidem amicam Clinię, Antiphilam verò vnam de illius ancillis esse simularēt, postridie manè Chremes ad Menedemū diluculo proficiscitur, & redijsse Cliniam nunciat. ille gaudio amens, filium iamiam videre, iamiam amplecti, iamiam ei se suaq; omnia permittere cupiebat, at Chremes, caue, inquit, faxis: istoc enim modo & te, & eū, & rem vnà perdideris tuam. simul ei ostendit, quot incommoda capturus sit, si tam molli esse se, tamque infracto animo ostenderit. Cliniæ amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non iā pauperculam esse, aut paruo contētam, vt antea: sed sumptuosam, gemmis atque auro collucentem, cum familia numerosissima, vna, inquit, mihi nox tantum non paupertatem attulit: nedum tu te censeas oneri ferundo fore, si te illi perpetuò sumptibus suppeditare oporteat. quin tu ita potius agito. humanè quidem & comiter excipito filium: istud tamen tam impotens illius desideriū occultum habeto. tum si ille, quod amicæ det, vt habeat, machinam aduersum te aliquam struet, falli te sinito. ita & eum commodius retinebis apud te, & sumptuum facies minus. hęc Cremes, nescius (vt sunt humana) oculatum foris esse se, cæcum domi. interea enim meditabatur Syrus, decem minas, quas Bacchidi pollicitus erat dare, eas quomodo illi à Chremete ipso cōficeret. iamq; inibi erat, cùm eum Chremes arreptum blandè compellat, hortaturq;, aliquā ad Menedemum fallaciam moliatur. iniecit in sermone Syrus mendacium à se pro tempore confictum, anū Corinthiam, Antiphilæ (ita enim putabatur) matrem, mille drachmarum mutuo accepisse à Bacchide: ea mortua, puellam pecunia illa arrhaboni relictā, dum hæc aguntur, annulū

suũ agnouit Sostrata, eiusq; indicio, Antiphilã filiam suam esse cognouit. gaudio exiliens omnẽ rem defert ad virũ: qui, ea leuiter obiurgata, repertam tamẽ filiã, ipse quoq; gauisus est. iam oĩa in trãquillo erãt, absq; Bachide fuisset, sed & illi quoquomodo decẽ excudẽdæ erant argẽti minæ, & periculũ erat, ne aliquà eã Chremes filij amicã esse rescisceret. ibi Syrus audax cõsiliũ init, quomodo & vtriq; seni rẽ, vt erat, patefaceret, & cõmodè se è tã impedito negotio expediret. primũ igitur Chremeti, Reperi, inquit, quomodo argẽtũ à Menedemo eripiã. dicem⁹ ei, Bacchidẽ hãc tui Clitiphonis amicã esse: orabimusq;, vt eã domi suę dies aliquot esse patiatur, teq; id celatum velit. porro Clinia filię tuę, quę modò reperta est formã sibi cõplacitã esse dicet, eãq; petet vxorẽ. Quid tũ? pecuniã, inquit, petet à patre suo, qui nouæ nuptæ ornamẽta coemat: eã pecuniã numeraturus est Bacchidi. iã autẽ ad Menedemũ, Syri hortatu, trãsierat Bacchis, & eò pompã omnẽ suam traduxerat. Chremes primò nõ satis cõsiliũ illud ꝓbare. at illã certè, inquit Syr⁹, pecuniã, ꝓ qua filia tua opposita erat pignori, quin dissoluas facere honestè nõ potes. Ego verò inquit Chremes, & libẽter quidẽ. Immo verò, infit Syr⁹, dato eã Clitiphoni, qui ad Bacchidẽ deferat. ita enim facili⁹ credet Menedemus, eã illius esse. Sit ita sanè. numeratur à patre Clitiphoni pecunia, quã ad meretricẽ perferret, interea tota res detegitur. indignari Chremes, & fremere, & minitari se oĩa atrocissima exẽpla editurũ. tandẽ, cum prius Antiphilã Cliniæ collocasset, partim Menedemi, partim vxoris precibus delinitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretricijs amoribus, vxorẽ ducturũ pollicetur. Cùm autẽ ceterarũ fabularũ argumentum vno die contineri soleat, huius, nõ nisi biduo explicari potest.

HEAVTONTIMORVMENI PERSONÆ, SIVE INTERLOQVVTORES.

CHREMES, senex.
MENEDEMVS, senex.
CLITIPHO, adolescens.
CLINIA, adolescens.
SYRVS, seruus.
DROMO, seruus.
BACCHIS, meretrix.
ANTIPHILA, amasia.
SOSTRATA, matrona.
NVTRIX.
PHRYGIA, ancilla.

Sequentium hic tantùm mentio fit.

ARCHONIDES, senex.
PHANOCRATES, senex.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

IN militiam proficisci gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater.
Animiq́ sese angebat, facti pœnitens.
Mox vt reuersu' est: clam patrem diuortitur
Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia,
Vt eius Bacchis venit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila. factum id, quò patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert a sene:
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.

TERENTII HEAVTON-TIMORVMENOS.

GRÆCA EST MENANDRV, ACta ludis Megalensib⁹, L. Cornelio Lentulo, L. Valerio Flacco aedilibus curulibus, egit Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudi. Acta primū tibijs imparibus, deinde duabus dextris: acta etiam tertio, Ti. Sempronio. M. Iuuentio Coss.

PROLOGVS.



E cui sit vostrum mirum, cur parteis seni
|| Poeta dederit, quæ sunt adolescentium: — Captatio bene olentiæ à persona poëtæ.
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar,
**Ex integra, Græca integram comœdiam* — *Propositio prima

Hic duo filij fam. amatores, duæ amicæ, duo senes, duo serui, quæ omnia in Menãdro simplicia sunt, Nann. ||Propositio secunda. Commendatio a persona actoris, & poetæ. *Defensio. Quod æmuli vitio dat, id laudi sibi ducit. Id est, studiũ poeticũ Nã. Misc. lib. I. ||Ab honesto & iusto. Vitium L. Lauinij. Hactenus pro poeta dixit. ||Rogat vt sene placide audiant. *Variæ Comœdiarum

Hodie sum acturus Heauton timorumenon.
*Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Nouã esse ostendi, & quæ esset. nunc, qui scripserit,
Et cuia græca sit, ni partem maxumam
Existimarem scire vostrum, id dicerem.
||Nunc, quã ob rem has partis didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me, non prologum:
Vestrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commodè,
||Qui orationem hanc scripsit, quam dicturu' sum.
Nam quod rumores distulerunt maleuoli,
Multas*contaminasse græcas, dum facit
Paucas latinas: factum hic esse id non negat,
Neque se id||pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tum quod maleuolus vetus poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse* musicum,
Amicum||ingenio fretum, haud natura sua:
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit. quam ob rem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquûm possit, quàm æquûm oratio.
Facite, æqui sitis, date crescendi copiam,
Nouarum, qui spectandi faciunt copiam
Sine vitijs: ne ille pro se||dictum existumet.
Qui nuper fecit seruo currenti in via
Decesse populum: cur insano seruiat?
||De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
||Adeste æquo animo: date potestatem mihi,
Statariam agere vt liceat per silentium:
Ne semper* seruos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,

Aua-

Auarus leno, aßiduè agendi sint mihi
Clamore summo, cum labore maxumo.
||Mea caussa, caussam hãc iustã esse, animũ inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi:
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni:
Laboriosa si qua est, ad me curritur:
Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
In hac est pura oratio. experimini,
*In vtramque partem*ingenium quid poßit meum.*
Si nunquam auarè pretium statui arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum,
Quam maxumè seruire vostris||commodis:
Exemplum statuite in me, vt adolescentuli
Vobis placere studeant potius, quam sibi.

persona Paronomasia. captat beneuolentiam à commendatione styli.

Commendatio à persona propria.

Plus est, quã si dixisset, voluptatibus.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Menedemũ excruciantẽ sese in agro laboribus Chremes alloquitur, sedulò caussam inquirens cur pręter ætatẽ ille suam id faciat. Respondens Menedemus, sui mœroris causam dicit esse filij abitionem, quem iurgijs & cõtumeliis domo eiectũ impotentius desiderat.

Iambici senarii.

CHREMES, MENEDEMVS SENES.

CH. Q||Vanquam hæc inter nos nupera notitia admodum est,
Inde adeo quòd agrũ in proximo hic mercatus es,
Nec rei ferè sane amplius quidquam fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
||Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter quam res te adhortatur tua.
**Nam pro deũ, atque hominum fidẽ, quid vis tibi? aut*
Quid quæris? annos sexaginta natus es,

Captatio beneuolẽtiæ ab amicitia, & ex vicinitate.

Hæc amborũ senum coniunctio & familiaritas multum accommodata sequentibus

*Propositio, qua interrogat, & obiurgat.
Nimia senis inquietudo.
Obiectio tacita, perpolita locutio.
* sic in Eun. Act.2. Scen.1 hoc plus facies.
||Dictum in curiosos reru alienarum.
*Id est, officiosum est.
||Vsus, pro opus.
His tribus rebus adhibitis, nihil praeterea in amicit a requirendum.

Aut plus eo, vt conijcio. agrum in his regionibus
Meliorem, neque pretij maioris nemo habet:
Seruos complureis: proinde quasi nemo siet,
Ita tute attente illorum officia fungere.
Nunquam tam mane || egredior, neque tam vesperè
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.
Nullum remittis tempus, neque te respicis.
Hæc non voluptati esse, satis certo scio.
|| At enim me, quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, *plus agas.
ME. Chreme, tantum ne est ab re tua otij tibi,
|| Aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?
CH. Homo sum: humani à me nil alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percunctari puta:
(*Rectum est) ego vt faciam, non vt deterream.
ME. Mihi sic est vsus: tibi vt opus est facto, face.
CH. An cuiquam est || vsus homini, se vt cruciet? ME. mihi est.
CH. Si quid laboris est, nollē: sed istuc quid mali est?
Quæso, quid de te tantum meruisti? ME. heu, hei.
CH. Ne lacruma, atque istuc, quidquid est, fac me vt sciam.
Ne retice: ne verere: crede inquam mihi:
|| Aut consolando aut consilio aut re iuuero.
M. Scire hoc vis. C. hac caussa equidem: quia dixi tibi.
ME. Dicetur. C. istos rastros interea tamen
Depone, ne labora. M. minimè. C. quam rem agis?
ME. Sine me, vacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. C. non sinam inquam. M. ah, non æquom facis.
CH. Hui, tam graueis hos quæso? ME. sic meritum est meum.

C. Nunc

C. Nunc loquere. M. || filium unicũ adolescentulum
Habeo. ah quid dixi habere me? imò habui Chreme.
Nunc habeam, necne, incertum est. C. quid ita istuc? M. scies.
Est è Corintho hic aduena anus paupercula.
Eius filiam ille amare cœpit perditè,
Propè iam ut pro uxore haberet. hæc clã me omnia.
Vbi rem resciui, cœpi non humaniter,
Neque ut ægrotum animum decuit adolescentuli,
Tractare. sed vi & via peruolgata patrum:
Quotidie || accusabam: hem, tibi ne hæc diutius
Licere speras facere me viuo patre,
Amicam ut habeas propè iam in uxoris loco?
Erras, si id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum, quod te dignum est, facies: sed si id non facis,
Ego, quod me in te sit facere dignum, inuenero.
Nulla adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio || otio.
Ego* istuc ætatis non amori operam dabam,
Sed in Asiam abij hinc propter pauperiem, atque ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Postremò adeò res redijt: adolescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo victus est:
Ætate me putauit, & sapientia
|| Plus scire, & prouidere, quam se ipsum sibi:
In Asiam ad regem militatum abijt Chreme.
C. Quid ais? M. clã me profectus, menses treis abest.
CH. Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui.
ME. Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conscij,
Domum reuertor mœstus, atque animo ferè
Perturbato, atque incerto præ ægritudine:
Adsido. || accurrunt serui, soccos detrahunt:
Video alios festinare, lectos sternere,

Narratione a persona orditur.

Accusationẽ suam refert.

Amor ex otio prouenit
*Consilium

Cum pẽdere pronuntiando: Oratio tota pathetica.

Cœnam* apparare: pro se quisque sedulò
Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.
Vbi video hæc, || cœpi cogitare, hem, tot mei
Solius soliciti sunt causa, vt me vnum expleant?
Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,
Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est,
Ego eum hinc eieci miserum || iniustitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vsque dum ille vitā illam incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vsque illi de me supplicium dabo,
Laborans, quærens, || parcens, illi seruiens.
Ita facio prorsus. nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: conrasi omnia:
Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico
Faciundo facile victum exerceant suum,
Omneis* produxi ac vendidi: inscripsi illico
Ædeis mercede, quasi talenta ad quindecim
Coegi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo.
Decreui, tantisper me minus iniuriæ
Chremes meo gnato facere, dum fiam miser:
Nec mihi fas esse vlla me voluptate hic frui,
Nisi vbi ille huc saluos redierit meus particeps.
CH. Ingenio te esse in || liberos leni puto, &
Illum obsequentem, *si quis rectè aut commodè
Tractaret. verum neque tu illum satis noueras,
Nec te ille. hoc vbi fit, ibi non verè viuitur.
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes:
Nec tibi ille est credere ausus quæ est æquom patri.
Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.
ME. Ita res est, || fateor: peccatum à me maxumū est.
CH. Menedeme, at porro rectè spero: illum tibi
Saluum

Attendite diligentem familiam.
*Apparare. est ad pompā parare.
|| Pathos.
Iniustitiam suā culpat.
Id est, seruās
Producere, foras ducere significat: & productores, qui virgines ad quæstum exponunt.
Liberos, de vnico filio dixit.
*Consilium Chremetis.
Confessio.

Saluum affuturum esse hic confido propediem.
ME. Vtinam dij ita faxint. C. facient. nunc, si commodum est,
||Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.
ME. Non possum. CH. cur non? quaeso tandem aliquantulum
Tibi parce. idem absens facere te hoc volt filius.
ME. Non conuenit, qui illum ad laborē impulerim,
Nunc me ipsum fugere. C. siccine est sententia?
ME. Sic. CH. bene vale. ME. & tu. CH. lacrumas excussit mihi,
Miseretque me eius: sed, vt diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam vt veniat: ibo, vt visam si domi est.
Nil opus fuit monitore. iam dudum domi,
Aiunt, praesto apud me esse: egomet cōuiuas moror,
Ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.

Id est, Orgia seu Bacchanalia, quæ tertio quoque anno celebrabantur.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Clinia domum ex Asia reuersus, mirū in modum sollicitus est de amica, quā abiens Athenis reliquerat. De Cliniæ in patriam reditu, magna cum animi voluptate Clitipho nunciat patri suo Chremeti: Chremes filio ex Cliniæ vita & moribus viuendi modum præscribit.

Octonarij iambici trochaicique inter se mixti.

CLITIPHO, CHREMES.

CLI. N||Ihil adhuc est, quod vereare Clinia: haud quaquam etiam cessant:
Et illam simul cum nuncio tibi hic ego affuturam
Hodie, scio. proin tu sollicitudinē istam falsam, quæ te
Excruciat, omittas. CH. quicum loquitur filius? CL. pater adest,
Quem volui. adibo. pater opportune aduenis.

Persequitur fabulā Clinia, vt palā fiat, quàm modestè amarit.

CH. Quid est? CLI. hunc Menedemum nosti'ne nostrũ
vicinum? C. probè.
CLI. Huic filium scis esse? CH. audiui, in Asia. CLI.
non est pater, apud
Nos est. CH. quid ais? CLI. venientem, è naui egredientem adduxi illico
Ad cœnam: nam mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia
Semper fuit familiaritas. CH. voluptatem magnam nuncias.
Quàm vellem Menedemum inuitatum: vt nobiscum hodie esset amplius,
Vt hanc lætitiam || nec opinanti primus ei obijcerem domi.
Atque etiam nunc tempus est. CLI. caue faxis: non est opus pater.
CH. Quapropter? CLI. quia enim incertum est etiam, quid se faciat. modò venit.
|| Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ.
Eam miserè amat. propter eam hæc turba, atque abitio euenit. CH. scio.
CLI. Nunc seruolum ad eam in vrbem misit, & ego nostrum vnà Syrum.
CH. Quid narrat? CLI. quid ille? se || miserum esse.
CH. miserum? quem minu' credere est?
Quid relliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?
|| Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias:
Atque hæc perinde sunt, vt* illius animus, qui ea possidet:
Qui vti scit, ei bona, illi, qui non vtitur rectè, mala.
CLI. Imò ille senex fuit importunus semper: & nunc nihil

Nam insperatũ gaudiũ maius esse solet.

Clinia omnia timet.

Eclipsis.

Miser nõ est, cui hæc suppetunt.

*Externorũ bonorum fructus ab animo pendet.

nihil magis
Vereor, quam ne quid in illum iratus plus satis faxit patēr.
CHR. Illéne? || sed reprimam me: nam, in metu esse hunc, illi est vtile.
CLI. || Quid tute tecū? CH. dicā: vt vt erat, *mā sum tamen oportuit.
|| Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius lubidinem:
Pateretur: nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
|| Hunccine erat æquom ex illius more, an illum ex huius v uere? &
Quod illum insimulant durum, id non est: nam parentum iniuriæ
Vniusmodi sunt fermè, paullò qui est homo tolerabilis.
Scortari crebrò nolunt: nolunt crebrò conuiuarier:
Præbent exiguè sumptum. & ea sunt tamen ad virtutem omnia.
Verū vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia. hoc
Scitū est, periclū ex alijs facere, tibi quod ex vsu siet.
CLI. Ita credo. CH. ego ibo hinc intro, vt videam, nobis quid cenæ siet.
Tu, vt tempus est diei, vide, sis, ne quò hinc abeas lōgius.
CLI. || Quàm iniqui sunt patres in omneis adolescenteis iudices:
Qui æquom esse censent, nos iam à pueris illico nasci senes,
Neque illarum affines rerum esse, quas fert adolescētia.
Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc, non quæ olim

Hæc tacitè secum.
Eclipsis.
*Id est, manere.
Callida, & solers senis inuento.
Ab æquo & honestō.
Querimonia Clitiphonis aduersus patrem.

olim fuit. (tre.

alias, facillimè — Mihi si vnquã filius erit, na ille facili me vtetur pa-

||Nam qui alias deliquit, delinquentibus facilè parcet — Nam & cognoscendi & || ignoscendi dabitur peccati locus.

Non vt meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.

Perij: is mihi, vbi adbibit plus paullo, sua quæ narrat facinora!

Nunc ait: periclũ ex alijs facito, tibi quod ex vsu siet.

Petulans filius, patris præcepta contemnit. — ||Astutus. na ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam.

Magis nunc me amicæ dicta stimulant: da mihi, atque affer mihi:

Cui quid respondeam, nil habeo: neque me quisquam est miserior:

Nam Clinia hic, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen (cis

Depingit Bacchidem conferendo cum Antiphila. — Habet bene ac || pudicè eductã, ignarã artis meretri-

Mea est potẽs, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis.

Tum, quod dem ei, rectè est: nam, nihil esse mihi, religio est dicere.

Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiam dum scit pater.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. Clinia cessatione & mora Antiphilę amicæ nimium torquetur: solet enim amantis animus omnis mora, quantumnis breuis, impatientior esse.

Eiusdem generis.

CLINIA, CLITIPHO.

De suis amoribus ipse Clinia loquitur. — CLIN. S||I mihi secundæ res de amore meo essent, iamdudum scio

Venissent: *sed vereor, ne me absente mulier hic corrupta sit.

Con-

Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant.
Occasio, locus, ætas, mater, sub imperio cuius est, mala:
Cui nihil præter pretium iam dulce est. CLIT. Clinia. CLIN. hei misero mihi.
CLIT. Etiam caues, ne videat forte hinc te à patre aliquis exiens?
CLIN. Faciam: sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali.
CLIT. Pergin' istuc prius diiudicare, quàm scis, quid veri siet?
CLIN. Si nihil mali esset iam hic adessent. CLIT. iam aderunt. CLIN. quando istuc erit?
CLIT. Non cogitas hinc longius abesse? & nosti mores mulierum:
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. CLIN. ô Clitipho,
Timeo. CLIT. respira: eccum Dromonem cum Syro: vna adsunt tibi.

*Variæ corruptionis suspicationes. Pathos anxiè exspectantis, & omnia sollicitè metuentis, & suspicantis.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Clinia ex Syro intelligit se absente pudice admodum vixisse Antiphilam, qua ex re ingenti gaudio perfunditur. Bacchis Cliphonis amica ad cenam adducitur: quę tamen interim fingitur esse amica Clinię.

Octonarii trochaici, & iambici, quibus immixti iambici senarii.

SYRVS, DROMO, CLINIA, CLITIPHO.

ST. A ||In' tu? DR. sic est. S. verum interea dū sermones cædimus,
Illæ sunt relictæ. CLIT. mulier tibi adest, audin' Clinia?
CLIN. Ego verò audio nunc demum, & video, & valeo

Vt & Clinia & Antiphilæ modestia clarius innotesceret, fingit poëta primùm

valeo Clitipho.
CLIT. Minime mirum, adeo impedita sunt: ancillarum gregem
Ducunt secum. CLIN. perij, vnde illi sunt ancillæ?
CLIT. men' rogas?
ST. Non oportuit relictas: portant* quid rerum.
CLIN. hei mihi.
ST. Aurum, vestem: & vesperascit, & non nouerunt viam:
Factum à nobis stultè est. abi dum tu Dromo illis obuiam
Properè: quid stas? CLIN. va misero mihi, quanta de spe decidi.
CLIT. Quid istuc? quæ res te solicitat autem? CLIN. rogitas quid siet?
Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam cum vna hic ancillula
Ego reliqui. vnde ea esse censes? CLIT. vah, nunc demum intelligo.
ST. Dij boni, quid turbæ est? ædes nostræ vix capient, scio.
Quid comedent? quid ebibent? quid sene erit nostro miserius?
Sed video, eccos, quos volebam. CLIN. || ò Iupiter, vbinam est fides?
Dum ego propter te errans patria careo demens: tu interea loci
Conlocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti malis,
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus sum obsequens:
Cuius nunc pudet me, & miseret, qui || harum mores cantabat mihi,
Monuisse frustra: neq; potuisse vnquam me ab hac

ægre ferentē Cliniam & succensentē Antiphilæ, (sic enim putabat) luxui. *Quid, id est magnas siue multas res. Nan. Mise. lib. 2.

Cliniæ exclamatio ad amicam.

Stomachose, harū, de vna tantū, atque eu præsente.

expellere.
Quod nunc faciam tamen: cùm gratum mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. ST. hic de nostris verbis errat * videlicet,
Quæ hic sumus locuti. CLIN. aliter tuum amorem, atque est, accipis:
Nam & vita est eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantùm ex ipsa re coniecturam fecimus.
CLIN. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est,
Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier.
ST. Hoc primum, vt ne quid huius ignores: anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit:
Ea obijt mortem: hoc ipsa in itinere alteræ
Dum narrat, fortè audiui. CLIT. quænā est altera?
ST. Mane, hoc, quod cœpi, primùm enarrē Clitipho:
Post istuc veniam. CLIT. propera. ST. || iam primum omnium,
Vbi ventum ad ædes est, Dromo pultat fores:
Anus quædam prodit: hæc vbi aperuit ostium,
Continuo hic se coniecit intro: ego consequor:
Anus foribus obdit pessulum, || ad lanam redit.
Hinc sciri potuit, * aut nusquam alibi, Clinia,
Quo studio vitam suam te absente exegerit:
Vbi de improuiso est interuentum mulieri.
Nam ea res dedit tum existumandi copiam
Quotidianæ vitæ consuetudinem:
Quæ, cuiusque ingenium vt sit, declarat maxumè.
|| Texentem telam studiosè ipsam offendimus,
Mediocriter vestitam veste lugubri,
Eius anuis caussa opinor, quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, ita vti quæ ornantur sibi,

Videlicet & scilicet amaritudinem habent.

Sic incipit, multa pudicitiæ signa narraturus.

Vehemens pudicitiæ coniectura.

* G. f. haud, Græcorū more geminata negatione, vbi quidcum asseueratione loquimur

|| Cultus & victus familiaris vitam

Nulla

indicant. Nulla re* malas expolitam muliebri:
*Substā faciei pars. Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter, * pax. CLIN. Syre mi obsecro
Admirantis. Ne me in lætitiam frustra conijcias. ST. anus
Subtegmen nebat: præterea una ancillula
Erat: ea texebat una pannis obsita,
Sordities, pudicitiæ signum. Neglecta, ll immūda illuuie. CLIT: si hæc sunt Clinia
Vera, ita uti credo: quis te est fortunatior?
Scin' hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?
Magnum hoc quoque signum est, dominam esse extra noxiam,
Cum eius tam negliguntur internuncij:
Nam disciplina est eisdem, munerarier
Præceptum amatorium. Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam.
CLI. Perge obsecro, & caue ne* falsam gratiam
Studeas inire. quid ait, ubi me nominas?
ST. Ubi dicimus rediisse te, & rogare uti
Veniret ad te: mulier telam deserit
Ex nimio gaudio lacrumatur. Continuò, & || lacrumis opplet os totum sibi, ut
Facile scires desiderio id fieri tuo.
*Gaudij vehementia. CL. *Præ gaudio (ita me dij ament) ubi sim nescio.
Ita timui. CLIT. at ego nihil esse scibam Clinia.
Agedum vicissim Syre, dic quæ illa est altera.
ST. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. hem, quid Bacchidem?
Eho, scelestè quò illam adducis? S. quò illam ego? ad nos scilicet.
Scena huius comœdiæ in rure suburbano Athenarū cōstitui hinc videtur. CLIT. * Ad patrem ne? S. ad eum ipsum. CLIT ô hominis impudentem audaciam. ST. heus
Tu, non fit sine periclo facinus magnum & memorabile.
CLIT. Hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quasitum scelus.
Nam. 2. Ubi si paullulū modo quid te fugerit, ego perierim.

Quid

Quid illo facias? S. at enim. CLIT. || quid enim? S. si sinas, dicam. CLI. sine.

CLIT. Sino. S. ita res est, hæc nũc quasi cum. CLIT. quas, malum, ambages mihi

Narrare occipit? CLI. Syre, verum hic dicit: mitte: ad rem redi.

ST. Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius

Clitipho est: neque ferri potu est. CLI. audiendum hercle est. tace.

ST. || Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici.

Tuum esse in potiundo periculum non vis. haud stultè sapis:

Siquidem id sapere est, velle te id, quod non potest contingere.

Aut hæc cũ illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda sunt.

Harum duarũ conditionum nunc utrã malis, vide:

Etsi consilium, quod cepi, rectum esse & tutum scio:

Nam tua apud patrem amica tecum sine metu ut sit, copia est:

Tum, illi argentum quod pollicitu's es, eadem hac inueniam via:

Quod ut efficerem, orãdo surdas iam aureis reddideras mihi.

Quid aliud tibi vis? CLIT. || siquidem hoc fit. S. siquidem experiundo scies.

CLIT. Age age, cedo istuc tuum consilium quid id est? S. assimulabimus,

Tuam amicam, huius esse amicã. CLIT. pulchrè: cedo: quid hic faciet sua?

An ea quoque huius dicetur, si hæc vna dedecori est parum?

ST. Immo ad tuam matrem deducetur. CL. quid eò? S. longum est Clitipho,

Oratio imperfecta, ob Clitiphonis interruptionem.

Exponit consilium suum, estq; hæc huius fabulæ protasis.

Repetitio cũ stomacho.

Tibi

Tibi si narrem, quam ob rem id faciam : vera caussa est. CLIT. fabulæ:

Accipere, pro subire. *Nihil sati' firmi video, quamobrem || accipere hunc mihi expediat metum.*

ST. Mane, habeo aliud, si istuc metuis, quod ambo confiteamini

*Sine periclo esse. CLIT. || huiusmodi, obsecro, aliquid *reperi. S. maxume:*

Stultus amator irridenti credit. *Ibo obuiam hinc: dicam, vt reuortantur domum. CLIT. hem,*

**Imperatiuum est.* *Quid dixti? S. ademptum tibi iam faxo omnem metum,*

In aurem vtramuis otiose vt dormias.

CLIT. Quid ago nunc? CLI. tu'ne? quod boni est. CLIT. Syre dic modo

Verum. S. age modò: hodie serò: ac nequidquam voles.

Sententia amatoris Aristippica. *CLIN. || Datur modò: fruere dum licet: nam nescias,*

*Eiu' sit potestas posthac, an *nunquam tibi.*

**gemina negatio hic iterũ contentius asseuerat vt modò* *CLIT. Syre inquam. S. perge porro, tamen istuc ago.*

CLIT. || Verum hercle istuc est, Syre, Syre, inquam, heus Syre.

ST. Concaluit: quid vis? CLIT. redi, redi. S. adsum, dic quid est?

Iam hoc quoque negabis tibi placere. CLIT. imò Syre

|| Aestuat magis ob Syri discessum. *Et me, & meum amorem, & famam permitto tibi.*

Tu es iudex: ne quid accusandus sis, vide.

ST. Ridiculum est, istuc me admonere Clitipho:

**attende amãtis vecordiam, qui famam seruo committit.* *Quasi istic minor mea res agatur, quam tua.*

Hic si quid nobis forte aduorsi euenerit,

Tibi erunt parata verba, || huic homini verbera.

Quapropter neutiquam hæc res neglectu est mihi.

Sed istum exora, vt suam esse adsimulet. CL. scilicet

Id est, mihi, *Facturum me esse, in eum iam res rediit locum,*

Vt

Vt sit necesse. CLIT. meritò amo te Clinia.
CLIN. Verum illa nequid titubet. S. perdocta est probe.
CLIT. At hoc demiror, qui tam facilè potueris
Persuadere illi, quæ solet quos spernere?
ST. In tempore ad eam veni: quod rerū omnium est
Primum: nam misere quendam offendi ibi militem — *Adhortatio,*
Eius noctem orantem. hac arte tractabat virum, — *Perspicaciam*
Cupidum vt illius animum inopia incenderet, — *Chremetis,*
Eademq; vt apud te esset ob hoc quàm gratissima. — *ac incontinen*
||Sed heus tu, vide sis, ne quid imprudens ruas. — *tiam Cliti-*
Patrem nosti, ad his res quàm sit perspicax: — *phonis notat.*
Ego te autem noui, quàm esse soleas impotens. — **Liui lib. .i.*
**Inuersa verba, euersas ceruices tuas,* — *ab vrbe con-*
Gemitus, screatus, tussis, risus abstine. — *dita. Omne*
CLIT. Laudabis. S. vide sis. CLIT. tutemet mirabe-(re. — *ius belli, A-*
ST. Sed quam citò sunt consecutæ mulieres? — *chiuos ab-*
CLIT. Vbi sunt? cur retines? S. iā nunc hæc nō est tua. — *stinuisse.*
CLIT. Scio, apud patrem.|| at nunc interim. S. nihilo magis. — *Aposiopesis.*
CLIT. sine. ST. non sinam inquam. CLIT. quæso paulisper. ST. veto.
CLIT. Saltem salutare. ST. abeas, si sapis. CLIT. eo. quid
Istic? S. manebit. CLIT. ô|| fœlicē hominē. S. ambula. — *Fœlicē, quia cum amica manebit.*

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Meretricio cōditio per eam exprimitur, quæ meretrix est. Habet deinde hæc scena iucundum Cliniæ & Antiphilæ congressum.

Mixti generis, vt Scena superior.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

B. Æ||Depol Antiphila mea laudo te, & fortunatam iudico. — *Spargit in personas descriptionem*

Id cum studuisti, isti forma mores vt cōsimiles forent?
Minimeq; (ita me dij ament) miror, si te sibi quisque expetit. (tua.
Nā mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio
Et cū egomet nūc mecū in animo vitā tuā considero,
Adeoq; vostrarum omnium, vo'gus qua ab sese segregant: (est.
Et vos esse istiusmodi, & nos nō esse, haud mirabile
Nam vobis expedit esse bonas: nos, quibus cum res est, non sinunt.
Quippe forma impulsi nostra nos || amatores colunt:
Hæc vbi immutata est, illi suū animū aliò conferunt.
Nisi prospectum est interea aliquid nobis, desertæ viuimus.
||Vobis cū vno simul vbi ætatē agere decretū est viro,
Cuius mos maximè est consimilis vostrum: hi se ad vos applicant:
||Hòc beneficio vtrique ab vtrisq; vero deuincimini:
Vt nunquam vlla amori vostro incidere poßit calamitas.
AN. Nescio alias: me scio quidē semp fecisse sedulò,
Vt ex illius cōmodo meum compararem commodum.
CLIN. ah.
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues,
Præterquam || ui carendum quòd erat. S. credo. CLI. Syre, vix suffero.
Hoccine me miserū non licere meo modo ingenio fru
ST. Immò, vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.
BA. Quinam hic adolescens est, qui intuitur nos?
AN. ah, retine me obsecro.

Marginal notes: Morum Bacchidis & Antiphilæ, vt appareat honeste amasse Cliniam. — Amatores formæ. — Laus à pudicitia. — Cōmendatio à fide in virum. — Mirè opportunum etho, Nescio alias. — Tui, pro te. — Eclipsis.

B. Amabo, quid tibi est? A. || disperij. B. perij misera, quid stupes | Præ nimio gaudio consternatur.

Antiphila? AN. videon' Cliniam, *an non? B. quem vides? CLI. salue anime mi. | *Pathetica & amatoria locutiones.

A. O mi exspectate Clinia, salue. CLIN. vt vales?

AN. Saluom venisse gaudeo. CLIN. teneone te

Antiphila, animo exoptata maxumè meo? | Dubitamus fere de maximis gaudijs, quasi quæ fidem superet. Nam...

ST. Ite intro: nam vos iam dudum exspectat senex.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. Chremes Menedemo nuntiat ex Asia redijsse filiū: ex qua re Menedemus incredibili gaudio perfunditur, & filio posthac indulgere magis instituit, quod ei magnopere dissuadet Chremes.

Iambici senarij.

CHREMES, MENEDEMVS.

CH. LVcescit hoc iam: cesso pultare ostium
Vicini? primum ex me vt sciat, sibi filium
Redijsse. etsi adolescentem hoc nolle intellego.
Verum, cum videam || miserū hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem tam insperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio siet?
Haud faciam: nam *quod potero, adiutabo senem,
Ita vt filium meum amico, atque æquali suo
Video inseruire, & socium esse in negotijs.
Nos quoque || senes est æquom senibus obsequi.
ME. Aut ego profectò ingenio egregiè ad miseriam
Natus sum, aut illud falsum est, quod volgò audio
Dici, *diem adimere ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abest, magis cupio tanto, & magis desidero.
CH. Sed ipsum egressum foras video: adibo, alloquar.
Menedeme salue: nuncium apporto tibi,

Verus amicus tā dolore quàm gaudio afficitur

* Pro quoad: Alij, quàm

Nam pares cum paribus facile congr. unt.

Vulgatum dictum.

Cuius maxumè te fieri participem cupis.
ME. Nunquidnam de gnato meo audisti Chreme?
CH. Valet: atque viuit. M. ||quæso, vbinam? C. apud me domi.
ME. *Meus gnatus? C. sic est. M. venit? C. certè. M. Clinia
Meus venit? C. dixi. M. eamus, duc me ad eũ obsecro.
CH. Non volt te scire se rediisse etiam: & tuum
Conspectum fugitat ob peccatum: tum hoc timet,
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.
ME. Non tu ei dixisti, vt essem? C. non. M. quam ob rem Chreme?
CH.* Quia pessumè istuc in te, atque in illũ cõsulis,
Si te tam leni, & victo esse animo ostenderis.
M. ||Nõ possum: satis iã, satis pater durus fui. C. ah,
Vehemens in vtranq; partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia.
In eandem fraudem ex hac re, atque ex illa incides.
Primum olim potius, commeare filium
Quàm paterere ad mulierculam, quæ paullulo
Tum erat contenta, cuiq; erant grata omnia,
Proterruisti hinc. ea coacta ingratiis
Post illa cœpit victum volgo quærere.
Nunc, cum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quiduis dare cupis. ||nam, vt tu scias,
Quam ea nunc instructa pulchrè ad perniciem siet:
Primum, iam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste, atque auro. satrapes si siet,
Sufferre amator nunquam eius sumptus queat,
Nedum tu possis. ME. est ne ea intus? CH. sit rogas?
Sensi: nam ei vnam cenam atque eius comitibus
Dedi: quod si iterum mihi sit danda, actum siet:
Nam, vt alia omittam, ||pitissando modò mihi
* Quid vini absumpsit: sic, hoc, dicens, asperum

Pate

Suspicio ex mira solicitudine.
Præ gaudio idem crebro repetit.
* Menedemi consilium arguit.
||Consultatio senũ, in qua videtis, quantum fallatur Chremes: estque hæc parasceue turbarum, quæ sequuntur.

Carpit nimiam largitatem senis.

Pitissare, est parcè vinum tentandi gra-

Pater est: hoc aliud lenius, sodes, vide.
Relevi dolia omnia, omnes || serias:
Omnes habui solicitos: atque hæc vna nox:
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Sic me dij amabunt: vt tuarum miseritum est
Menedeme fortunarum. M. faciat, quodlubet:
*Sumat, consumat, perdat decretum est pati:
Dum illũ modo habeam mecum. C. si certum est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Vt ne scientem sentiat te id sibi dare.
M. Quid faciam? CH. || quiduis potius, quam quod cogitas:
Per alium quemuis vt des, falli te sinas
||Technis per seruolum: etsi subsensi id quoque,
Illos ibi esse, & id inter se agere clanculum.
Syru' cum illo vostro consusurrat: conferunt
Consilia adolescentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, quam illo minam.
Non nunc pecunia agitur, sed illud, quo modo
Minimo periculo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum is intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quam abs te || amittas filium. hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris?
Tibi autem porrò vt non sit suaue viuere.
NAM deteriores omnes sumus licentia.
Quodcumque inciderit in mentem, volet: neque id
Putabit, prauom, aut rectum, quod petet, fiet.
Tu, rem perire, & ipsum, non poteris pati.
||Dare denegaris: ibit ad illud illico,
Quo maxumè apud te se valere sentiet,
Abiturum se abs te esse illico minabitur.
ME. ||Videre verum, atque ita vti res est, dicere.
CH. Somnum hercle ego hac nocte oculis nõ vidi meis,

tia degustare.
*Id est, multum vini.
Nam. lib. 1.
||Id est, vasa fictilia.
*Auxesis.
Sũma patris indulgentia.
Sanũ Chremetis cõsiliũ
Serui fraudẽ comentatur.
Id est, dimittas Sic in Phor. Act. 1. Sce. 2. Nunc amitte quæso hunc.
Obiectio.
Approbatio consilij.

Mos orantiũ & confirmantium.

Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.
M.||Cedo dextrã: porrò te oro, idẽ vt facias Chreme.
C. Paratus sum. ME. scin', quid nunc te facere volo?
CH. Dic. ME. quod sensisti illos me incipere fallere,

Affectus paternus.

Id vt maturent facere.|| cupio illi dare,
Quod volt: cupio ipsum iã videre. C. *operam dabo.

**Argumentũ prudẽtiæ Chremetis.*

Syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere sentiant.
Paullum hoc negoti mihi obstat: Simus, & Crito
Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum me, hodie non posse his dare.
Continuò hic adero. M. ita quæso. dij vostrã fidem,
Itan' comparatam esse hominũ naturam omnium,
Aliena melius vt videant, & iudicent:
Quam sua? an eo fit, quia in re nostra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine?
Hic mihi nũc quãto plus sapit, quam egomet mihi?
CH.|| Dissolui me, otiosus, operam vt tibi darem.

Verba redeũtis Chremetis.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. Seruus herum Chremetem decipit, credentem Menedemo fallaciam intendi, & ita sua ipsius coniectura & solertia fallitur.

Eiusdem generis.

SYRVS, CHREMES.

Syrus hæc secum.

ST. Huc || Ac illac circumcursa: inueniendũ est tamẽ
Argentũ, intendenda in senem est fallacia.
CH.|| Num me fefellit, hosce id struere? videlicet
Est Clinia ille seruus tardiusculus:
Idcirco huic nostro tradita est prouincia.

Falsa Chremetis coniectura.

ST. Quis hic loquitur? perij, numnam hæc audijt?
CH. Syre. ST. hem.
C. Quid tu istic? S. || rectè. equidem te demiror Chreme

Tam

Tam mane, qui heri tantum biberis. C. nihil nimis.
S. Nihil, narras? visa vero est, quod dici solet,
|| Aquilæ senectus. CH. eia. S. mulier commoda, &
Faceta hæc est meretrix. C. sanè idem visa est mihi.
S. Et quidem hercle forma luculenta. CH. sic satis.
S. Ita non vt olim, sed vti nunc, sanè bona.
Minimeq; miror, Clinia hanc si deperit:
Sed habet patrem || quendam auidum, miserum, atque aridum,
Vicinum hunc: nostin'? at quasi is non diuitijs
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin' esse factum, vt dico? CH. || quid ego nesciam?
*Hominem pistrino dignum. S. quem? C. *istum seruolum*
Dico adolescentis. Syre, tibi timui malè.
C. Qui passus est id fieri. S. quid faceret? CH. rogas?
Aliquid reperiret, fingeret fallacias,
Vnde esset adolescenti, amicæ quod daret,
Atque hunc difficilem inuitum seruaret senem.
S. Garris. CH. hæc facta ab illo oportebant Syre.
S. Eho quæso laudas qui heros fallunt? C. in loco,
Ego verò laudo. S. rectè sanè. CH. quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est:
Iam huic mansisset vnicus gnatus domi.
S. Iocóne an serio illæc dicat, nescio,
Nisi mihi quidem addit animum, quò lubeat magis,
C. || At nūc quid exspectat Syre? an, dum hinc denuo
Abeat, cùm tolerare huius sumptus non queat?
Nónne ad senem aliquam ˣfabricam fingit? ST. stolidus est.
C. At te adiutare oportet adolescentuli
Caussa. Sy. equidem facilè facerè possum, si iubes:
Etenim, quo pacto id fieri soleat, calleo.

Syrus callidè a proposito discedit.

Prouerbium in senes bibaculos.

Occasio fallendi senis.

Amphibologicos

**Institutio fallaciæ à sene in senē, imò in seipsum.*

Denuo Syrū instigat.

Translatio à machinis bellicis.

CH. || Tanto hercle melior. S. non est mentiri meum.
CH. Fac ergo. S.* at heus tu, facito dum eadem hæc meminer is,
Si quid huius simile fortè aliquando euenerit,
Vt sunt humana, tuus vt faciat filius.
C. Non vsus veniet, spero. S. spero hercle ego quoque:
|| Neque eò nunc dico, quòd quid quā illum senserim:
Sed si quid, ne quid. quæ sit eius ætas, vides:
Et næ ego te, si vsus veniat, *magnificè Chreme
Tractare possim. CH. de istoc, cum vsus venerit,
Videbimus quid opus sit. nunc istuc age.
S. Nuncquam cōmodius vnquam herū audiui loqui,
Nec, cum malefacere crederem mî impunius
Dicere. quisnam à nobis egreditur foras?

Calliditatem serui laudat

*Præmonitio de filij amore.

Tollit obiurgandi occasionem.

*Præclare de te hac in re mereri, si seruem te huiusmodi circunductione & fraude.

Nam. 2.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. Chremes filium obiurgat, & immodestiæ arguit, quem cū Bacchide ludentem viderat. Syrus hero id suadet, quod maxime ad extorquendum facit argentum.

Iambici & Trochaici octonarij catalectici & acatalectici, senarius vnus, quaternarij duo.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

CH. Quid istuc, quæso? qui istic mos est Clitiphonitane fieri
Oportet. CLIT. Quid ego feci? CH. vidin' ego te modò manum in sinum huic
Meretrici inserere? ST. acta est res, perij. CLI. mene? CH. hisce oculis, ne nega.
Facis adeò indignè iniuria illi, qui nō abstineas manū.
Nam istæc quidem contumelia est, hominem amicum ad te recipere,
Atque eius amicam || subagitare: vel heri in vino, quā immodestus
Fuisti? ST. factū est. CH. quam molestus? vt equidē,

Periculū, per quod sensim ad epitasim peruenit.

Neque enim subitò sed per gradus quosdam ad talem motū accedendum erat.

al. subigitare. antique.

Ita

Ita me dij ament, metui quid futurum deniq; esset. noui ego
Animos||amantiũ: grauiter aduortũt,quæ nõ cẽseas. *Nam amantibus omnia sunt suspecta.*
CLIT. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater.
CH. Esto: at certè concedas ab eorum ore aliquantisper aliquo.
Libido multa fert. ea prohibet facere tua præsentia.
Ego de me facio coniecturam. || nemo est meorum amicorum hodie, *Ab exemplo paterno.*
Apud quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam.
Apud aliũ prohibet dignitas: apud aliũ ipsius facti p- (get,
Ne ineptus, ne proteruus videar. q̃ illũ facere credito.
||Sed nostrum est intelligere, vtcunque, atque vbicumque opus sit, obsequi.
ST. Quid istic narrat? CLIT. perij. ST. Clitipho, hæc ego præcipio tibi:
Hominis es frugi & temperantis functus officium. CLIT. tace
Sodes. ST. rectè sanè. CH. Syre pudet me. ST. credo: neque id iniuria.
Quin||mihi molestum est. CLIT. pergin'? ST. hercle verum dico, quod videtur. *Mih, emphasin habet.*
CLIT. Nonne accedam ad illos? CH. eho quæso, vna accedundi via est?
ST. Actum est: hic se prius indicarit, quàm ego argẽtum effero. Chreme,
Vin' tu homini stulto mihi auscultare? CH. quid faciam? ST. iube hunc
Abire hinc aliquò. CLIT. quò ego hinc abeam? ST. quò? quò lubet. da illis locum:
Abi deambulatum. CLIT. ||deambulatum, quò? ST: vah, quasi desit locus. *Repetitio per indignationem.*

Abi sanè istac, istorsum, quò vis. CHR. rectè dicis: censeo.

Imprecatio in Syrum.

CLIT. ||Dij te eradicent Syre, qui me istinc extrudis. ST. at tu pol tibi

Rectè monet de filio seruando.

Posthac comprimito istas manus.

"Censen' verò? quid illũ porrò credis facturũ Chreme,

Nisi eum, quantum dij dant tibi opis, seruas, castigas, mones?

CH. Ego istuc curabo. Sy. atqui nunc here hic tibi asseruandus est.

Accusatio amphibologica.

CH. Fiet. Sy. si sapias: ||nam mihi iam minus minusq; obtemperat.

CH. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecum egi, egisti Syre? aut

Repperisti qd placeat, an nondũ etiã? Sy. de fallacia?

Laudat denuo fallacẽ seruum.

Inuenta est: inueni quandam nuper. CH. || frugi es: cedo, quid id est?

Sy. Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. CH. quidnam Syre?

S. Pessuma hæc est meretrix. CH. ita videtur. S. immò, si scias.

Hoc vide, quod inceptet facinus. Fuit quædam anus Corinthia

Caput fallaciæ.

**Nan. Misc. Lib. 2. nũmorum legit.*

||Hic huic* drachmarum argenti hæc mille dederat mutuum.

CH. Quid tum? S. ea mortua est: reliquit filiam || adolescentulam: (telligo.

||Tales caussa ad extorquendum argentum.

Ea relicta huic arrhaboni est pro illo argento. C. in-

S. Hãc secũ huc adduxit, eaq; est nũc ad vxorem tuã.

CH. Quid tum? S. Clinia orat, sibi vti nũc det illam: illi tamen

Nam. Misc. lib. 2. mille daturũ drachmas poscit, i.

||Post daturum mille nummûm. poscit. CH. & poscit quidem? S. hui, (cogitas?

Dubium id est? CH. ego sic putaui. quid nunc facere

S. Ego

S.Egóne? ad Menedemum ibo: * dicam hanc esse captam è Caria,
Ditem,& nobilẽ: si redimat, magnũ inesse in ea lucrũ
CH.Erras. S.quid ita? CH.pro Menedemo nunc tibi ego respondeo:
Non emo, quid ais? S.optata loquere. C.atqui non est opus.
S. Non opus est? CH.non hercle verò. S.qui? istuc miror. CH.iam scies.
S.Mane, mane, quid est, quòd tam à nobis grauiter crepuere fore?

spondet, & pretium pro re emenda offert.
*Fallaciam aperit.
Parat se ad aliam scenã.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. Hęc scena Antiphilę continet agnitionẽ: vnde iurgium inter virũ & vxorẽ moritur. Chremes enim iusserat exponi partum, si puellam peperisset ipsa, quod factum non est.

Octonarii Iambici, & Trochaici.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

SO. Nisi me animus fallit, hic profectò est anulus, quem ego suspicor,
IS. qui cũ exposita est gnata. CH.quid volt sibi Syre hęc oratio?
SO.Quid est? is'ne tibi videtur? NVT.dixi equidem, vbi ostendisti, illico,
Eum esse. SO.at vt satis contemplata modò sis, mea nutrix. NV.satis.
SO.Abi nunc iam intro: atque, illa si iam lauerit, mihi nuncia.
Hic ego virum interea opperibor. Sy.te volt: videas, quid velit.
Nescio quid tristis est: non temere est: metuo, quid sit. CH.quid siet?
Na ista hercle magna iã conatu magno nugas dixerit.

Hęc catastrophe rerũ Cliniæ est, & occasio epitaseos nouę rerum Cliti phonis.

SO.Ehem

SO. Ehem mi vir. CH. ehem mea uxor. SO. te ipsum quæro. CH. loquere, quid velis.

Insinuatio à purgatione.

SO. Primum te hoc oro, ne quid credas me aduorsum edictum tuum

Facere ausam. CH. vis tibi me istuc, etsi incredibile est, credere?

Credo. S. nescio, quid peccati portet hæc purgatio.

SO. Meministin' me esse grauida, & mihi te magnopere interminatum,

Si puellā parerem, nolle tolli: CHR. scio quid feceris:

Tollere, hic est nutrire.

||Sustulisti. ST. si sic factum est domina, ergo herus *damno auctus est.

**Damno auctus, ob dotē dandam.*

SO. Minimè: sed erat hic anus Corinthia haud impura: ei dedi (am?

Exponendā. CH. ô Iupiter, tantā esse in animo inscitiSO. Perij, quid ego feci? CH. at rogitas? SO. ||si peccaui mi Chreme,

Excusat imprudentiam.

Obiurgatio mordax.

Insciēs feci. CH. *id quidē ego, etsi tu neges, certe scio.

Te inscientem, atque imprudentem dicere, ac facere omnia:

Tot peccata in hac re ostendis. nā iā primum, si meū

Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit,

Nō simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.

At id omitto: misericordia, animus maternus: ||sino.

Id est, permitto, scilicet, quòd hæc te mouerint.

Quàm bene verò abs te prospectum est: quid voluisti? cogita:

Nempe anui illi prodita abs te filia est planissimè,

Veniret, venderetur ad stuprum.

Per te vel vti quæstum faceret, vel vti ||veniret palā.

Credo id cogitasti: quiduis satius est, dum viuat modò.

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquom sciunt,

Melius, peius, prosit, obsit, nil vident, nisi quod lubet?

SO. Mi Chreme, peccaui, fateor: vincor: nunc hoc te obse-

obsecro:
Quanto tuus est animus natu grauior: ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.
CH. Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum Sostrata
Male docet te mea* facillitas multa. sed istuc quidquid est,
Qui hoc occeptum est caussa, loquere. SO. vt stultæ, & miseræ omnes sumus
||Relligiosæ: cum exponendam do illi, de digito anulum
Detraho: & eum dico vt vna cum puella exponeret:
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
CH. Istuc recte: conseruasti te, atque illam. SO. hic is est anulus.
CH. Vnde habes? SO. quam Bacchis secum adduxit adolescentulam. ST. ||hem.
CH. Quid ea narrat? SO. ea lauatum dum it, seruandum mihi dedit
Anulum. non aduorti primò: at postq. adspexi, illico
Cognoui: ad te exilij. CH. quid nunc suspicare, aut inuenis
De illa? SO. nescio, nisi vt ex ipsa quæras, vnde hunc habuerit, (volo:
Si potis est reperiri. ST. interij: ||plus spei video, quam
Nostra est, ita si est. CH. viuit'ne illa, cui tu dederas? SO. nescio.
CH. Quid renunciauit olim fecisse? SOST. id, quod iusseram.
CHR. Nomen mulieris cedo quod sit, vt quæratur. SO. Philtere. (strata
ST. Ipsa est. mirum, ni illa salua est, & ego perij. So-
Sequere me intro hac. SO. vt præter spem euenit! quam timui male,

Facilitas caussa delinquendi.

Id est, superstitiosæ.

Stupẽtis est.

Magnæ lætitiæ indicium est.

Eclipsis, scilicet de agnitione filiæ.

Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollenda, Chreme.

Ch. Non licet hominem esse sæpe ita vt volt, si res nō sinit.

Nunc ita tempus est mi, vt cupiā filiā: olim nil minus.

Sy. || Nisi fallit me animus, haud multum à me aberit infortunium:

Ita hercle in angustū oppidò nūc mea cogūtur copia:

Nisi aliquid video, ne esse amicā hanc gnati resciscat senex.

Nam quòd sperem de argento, aut posse postulem me fallere,

Nihil est: triumpho, si licet me || latere tecto abscedere.

Crucior, || bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus.

Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi.

Nil tā difficile est, quin quærendo inuestigari possiet.

Quid, si hoc sic || incipiam nunc? nihil est. si sic? tantundem egero.

At sic opinor: non potest: immò optumè. euge optumā habeo.

Retraham hercle, opinor, ad me illud idem || fugitiuum argentum tamen.

Epitasis, nam alia atque alia cōsilia fallunt seruulum. Et videas Syrū hic tanquam Proteum in omnes formas verti. Vide lib. 2. Misc. Nan. Metaphora à brutis vescentibus. Ratiocinatio inquirentis. Metaphora faceta a profugo.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Clinia hic testatur quàm gaudeat de agnita Antiphila: & à Syro admonetur, vt amici etiam Cliti phonis rem curet in seruanda Bacchide.

Iambici octonarii catalectici, vnus senarius acatalecticus, reliqui trochaici octonarii.

CLINIA, SYRVS.

C. N || Vlla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,

Catastrophe in personas spargitur, &

Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta est.

Dedo patri me nunc iã, vt frugalior sim quam volt.

Sy. Nil me fefellit: cognita est, quantum audio huius verba.

Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.

CLI. O mi Syre audistin' obsecro? Sy. quid ni? qui ||usque vna affuerim. (nulli.

C. Cuique æque audisti commodi quidquam euenisse? Sy.

C. Atque, ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte caussa

Lætor, quam illius: quam ego scio || esse honore quouis dignam.

S. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim

Nam amici quoque res est videnda, in tuto vt collocetur, (esce.

Ne qd de amica nũc senex CLIN. ô Iupiter. Sy. qui-

CLIN. Antiphila mea nubet mihi. sicc ne me interloquere?

CLIN. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. S. fero hercle vero.

CLIN. Deorum vitam adepti sumus. S. frustra operam hanc opinor sumo.

CLIN. Loquere, audio. S. at iam hoc non ages. CLI. agam. S. videndum est, inquam,

Amici quoque res Clinia tui in tuto vt collocetur:

Nam si nunc a nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,

Noster rescifcet illico esse amicam hanc Clitiphonis:

Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc est.

CLIN. At enim istoc nihil est magis, Syre, meis nuptijs aduorsum:

Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam? S. quid ni?

CLIN. Quid dicam? quam caussam afferam? SYR. ||quin

subicitur cõsultatio qua ad epitasim alterã facit.

assiduè.

Ab honesto & vtili.

Indignanter idem ijsdem repetit verbis.

Syri cõsiliũ.

Consilium astutũ serui, cui tamẽ non respondebit euentus.

Iquin nolo mentiare:
Aperte, ita vt res sese habet, narrato. CLIN. quid ais? S. iubeo
Illã te amare, & velle vxorẽ hanc esse Clitiphonis.
CLIN. Bonam atque iustam rem oppidò imperas, & factu facilem.
Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt celet
Senem nostrum. S. immò vt recta via rem narret ordine omnem. CLIN. hem,
Satin' sanus es, & sobrius? tu quidẽ illũ planè prodis:
Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi?

Iactãtia Syri de sua astutia.

ST. Huic equidem consilio palmam do: hic me magnificè effero,
Qui vim tantã in me, & potestatẽ habeam tãtæ astutiæ,
Vera dicendo vt eos ambos fallam: vt, cũ narret senex
Voster nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.

Clinia veretur, ne perturbentur nuptiæ.

CLIN. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarũ omnem eripis:
Nam dum amicã hanc meam esse credet, non committet filiam.
Tu fortasse, quid me fiat, paruì curas, dũ illi consulas.

Ita Hecyræ, Act. 5. Sce. 1 Nam neque ille hoc animo erit ætatẽ

ST. Quid, malum, me* ætatem censes velle id adsimularier?
Vnus est dies, dum argentũ eripio, pax, nihil amplius.
CLIN. Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciuerit?
ST. Quid, si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc cælum ruat?
CLIN. Metuo, quid agam. ST. metuis? quasi non ea potestas sit tua.
Quo velis in tẽpore vt te exsoluas, rem facias palam.

Id est, deducatur.

CLIN. Age, age, traducatur Bacchis. S. optumè ipsa exit foras.

ACTVS

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. Bacchis irata ob decem minas nōdum traditas, abiturā se adsimulat. Cum Syro expostulat. Tandem placata suasu eiusdē, cū omni strepitu ac turba transit ad Menedemum, tantisper dum Chremes fallatur.

Iambici octonarii catalectici.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA.

B. SAti' pol proteruè me Syri promissa huc induxerunt,
Decem minas quas mihi dare pollicitus est. quòd si is nunc me
Deceperit: sæpe obsecrās me, vt veniā, frustra veniet:
Aut, cùm venturā dixero, & constituero: cū is certè
Renunciarit: Clitipho||cum spe pendebit animi:
Decipiam, ac non veniam: Syrus mihi tergo pœnas pendet.

Meretricis excandescentis cōquestio de pecunia nondū soluta

Mira Bacchidis calliditas.

*CLIN. Sati' scitè *promittit tibi. S. atqui tu hanc iocari credis?*
Faciet, nisi caueo. BA. dormiunt: pol ego istos commouebo.

Id est, minatur. Virg. Aen. 2. Promisi vltorem & verbis odia aspera moui.

|| Mea Phrygia audisti, homo iste modo quam villam demonstrauit
Charini? P. audiui. B. proxumam esse huic fundo ad dextram? P. memini.
B. Curriculo percurre: apud eū miles Dionysia agitat.

|| Memorem inducit meretricem, aptamque ad fallendum.

S. Quid inceptat? BA. dic me hic oppido esse inuitam, atque asseruar:
Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, & venturam.
S. Perij hercle: Bacchis mane, mane: quò mittis istanc quæso?

Dissimulatio Bacchidis.

*Iube, maneat. B. *abi. S. quin paratum est argentum.*

**Bib. 4, pi.*

K B. quin

B. quin maneo.

S. Atqui iam dabitur. B. vt lubet, num ego insto? S. at scin' quid || sodes?

|| si faciat.

B. Quid? S. transeundum nunc tibi est ad Menedemum, & tua pompa

Metaphoricos, & iocu- lariter, vt seruu decet.

Eo traducenda est. B. quam rem agis scelus? S. egóne? || argentum cudo,

Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam illudas! S. non est temerè.

Etiam e tecum hic res mihi est? S. minimè: tuum tibi reddo.

B. || Eatur. S. sequere hac. heus Dromo. D. quis me volt? S. Syrus. D. quid est rei? (pere.

Leuitas meretricis facile persuasa.

S. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos pro-

B. Quam ob rem? S. ne quaras, & ferant, quæ secum huc attulerunt.

Sperabat sumptũ sibi senex esse harũ abitu leuatum.

Na ille haud scit, hoc paullum lucri quantũ ei damni apportet.

Tu nescis id q̃ scis Dromo. si sapies. D. mutũ dices.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Per fallaciam Syrus ab hero Chremete argentũ accipit. Menedemi Chremes rursum miseretur ob traductã ad illum cũ omni pompa sumptuosam Bacchidem, quã Cliniç, non sui filij amicam putat. Iambici senarii.

CHREMES, SYRVS.

C. ||ITa me dij amabunt, vt nũc, Menedemi vicem,
Miseret me, tantum deuenisse ad eum mali,
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet:
Ita magno desiderio fuit ei filius.
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum:

Obiter & Chremes producitur, vt magis appareat, quantũ fallatur.

Optabat

Optabit rursum, vt abeat ab se filius.
Syrum optume, eccum. S. cesso hunc || adoriri? CH. Syre. S. hem.
C. Quid est? S. te mihi ipsum iamdudū optabam dari.
CH. Videre egisse iam nescio quid cum sene.
S. De illo, quod dudum dictum, ac factum reddidi.
C. Bonan' fide? S. || bona hercle. C. non possum pati,
Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
S. At si scias, quam scitè in mentem venerit.
C. Vah, || gloriare euenisse ex sententia?
*S. Non hercle verò. * verum dico. C. dic, quid est?*
S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxisse, ne tu id persentisceres.
CH. Probè. S. dic sodes. CH. nimium inquam. ST. immò sic satis.
Sed porrò ausculta quod superest || fallaciæ.
Sese ipse dicet tuam vidisse filiam:
Sibi complacitā eius formam, postquam adspexerit:
Hanc se cupere vxorem. CH. modò quæ inuenta est? ST. eam:
Et quidem iubebit posci. CH. quam ob rem istuc Syre?
Nam prorsus nihil intelligo. S. hui, || tardus es.
C. Fortasse. S. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque vestem, qui tenēs ne? CH. comparet?
ST. Id ipsum. CH. at illi ego nec do, nec despondeo.
ST. Non? quam ob rem? CH. quam ob rem? me rogas? || homini fugitiuo dabo. S. vt lubet.
Non ego perpetuo dicebam illam illi vt dares,
Verum vt simulares. C. non mea est simulatio:
Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas.
Egon', cui datus non sim, vt ei despondeam?
ST. Credebam. CH. minimè. S. scitè poterat fieri:

Adoritur, qui insidiosè celeriter inuadit.

Blanda attractatio.

Nam.n.z. hariolare, id est inani diuinatione iactas euenisse ex sententia.

**Ironicos verum dicit. Nam per eā veritate senes falluntur*

|| Altera fallacia paris.

Increpat Chremetis tarditatem.

Eclipsis.

Ab auctoritate Chremetis comis locutio.

Mira arte argento emũgit senem.

**Soluit rationes obyciendas.*

Persuasus Chremes argentum exhibet.

Conficiã, pro efficiam, verba celeritatẽ indicantia.

Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,
||Eo cœpi. C. credo. S. ceterũ equidem istuc Chreme
Æqui boniq; facio. C. at tu tum maxumè
Volo te dare operam vt fiat, verum alia via.
S. Fiat: quæratur aliud. sed illud quod tibi
||Dixi de argento, quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi: neque tu scilicet
Eo nunc confugies. quid mea? num mihi datum est?
Num iussi? num illa oppignorare filiam
Meam me inuito potuit? verum illud Chreme
Dicunt: IVS summum, sæpe summa malitia est.
CH. Haud faciam. S. immo alys si licet, tibi non licet.
Omnes in lauta te & bene parte aucta putant.
CH.||Quin egomet iam ad eam deferã. S. immò filiũ
Iube potius. C. quam ob rem? S. quia enim in eum suspicio est
Translata amoris. CH. quid tum? S. quia videbitur
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit:
Et simul||conficiam facilius ego, quod volo.
Ipse adeo adest: abi: effer argentum. C. I. effero.

ACTVS IIII. SCENA V.

AR G. Irascitur Clitipho, à Syro placatur, eidẽ præscribente, quibus vti mox debeat verbis, & oratione apud patrẽ, pro amica ab illo argentum accepturus.

Iambici senarii.

CLITIPHO, SYRVS.

CLI. NVlla est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quã inuitus facias. vel me hæc deãbulatio
Quam non labor osa, ad languorem dedit:
Nec quidquam magis nunc metuo, quam ne denuo
Miser aliquo extrudar hinc, ne accedã ad Bacchidẽ.
||Vt te omnes equidem dy, deæq;, quantum est, Syre
Cum tuo isto inuento, cumq; incepto perduint.

Imprecatio numinum in-

** Huius-*

*Huiusmodi mi res semper comminiscere,
Vbi me||excarnufices. ST. as hinc quo dignus es?
Quam pene tua me perdidit proteruitas.
CLIT. Vellem hercle factum: *ita meritu'. S. Meri-
tu'? quo modo?
Ne me istuc ex te prius audisse gaudeo,
Quam argentū haberes, quod daturus iam fui.
CLI. Quid igitur dicam tibi vis? abiisti mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
ST. Iam non sum iratus sed scin' ubi nunc sit tibi
Bacchis? CLIT. apud nos. ST. non. CLI. ubi igitur?
ST. apud Cliniam.
CLIT. Peru. ST. bono animo es: iam argentum ad eā
deferes,
Quod ei es pollicitus. CL. garris. unde id? S. a patre.
CLI. Ludis fortasse me. ST. ipsa re experibere.
CLI. Næ ego fortunatus homo sum. deamo te Syre.
ST. Sed pater egreditur. caue, quidquā admiratu' sis,
Qua caussa id fiat: obsecundato in loco:
Quod imperabit, facito: loquitor paucula.

consideratio amantis.

**Beb. huius mihi.*

||Terribiliter pronūtiandū.

**Ingens amatis ardor.*

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. Chremes argentū adfert, quod det Clitiphoni: Ad postremū queritur de sumptu faciendo filię caussa. Eiusdem generis.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

CH. VBi Clitipho nunc est? Sy. eccum me, inque.
CLIT. eccum hic tibi.
CHR. Quid rei esset, dixti huic? S.||dixi pleraque
omnia.
CH. Cape hoc argētū, ac defer. S. hei, quid stas lapis?
Quin accipis? CLIT. cedo sane. S. sequere hac me o-
cyus:
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil est illic, quod moremur diutius.

Audacia, et arrogantia serui, herili filio, heroq. ipso imperantis.

Tenax conqueritur de damno per filium aucto

CH. Minas quidem iam decem habet à me filia:
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ.
Porro hæc talenta dotis apposcent duo.
Quàm multa iniusta, ac praua fiunt moribus!
Mihi nunc, relictis rebus, inueniendus est
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARG. Iucundum habet errorem Chremetis: qui
Menedemum falli putat, dum ipse fallitur.
Eiusdem generis.

MENEDEMVS, CHREMES.

Sensim pergit eo, vt palam fiat errasse Chremetem, vt in epitasi fabulæ omnia senculũ consilia fallant.

ME. Multo omnium nunc me fortunatissimum
Factum puto esse gnate, cum te intelligo
Resipisse. CHR. vt errat. ME. te ipsum quærebam Chreme
Serua, quod in te est, filium, & me, & familiam.
C. Cedò, quid vis faciam? M. inuenisti hodie filiam.
CHR. Quid tum? ME. hanc vxorem sibi dari volt Clinia.

Obiurgatorium est.

C. Quæso, quid hominis es? M. quid? C. iã'ne oblit⁹ es,
Inter nos quid sit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? M. scio.
CH. Ea res nunc agitur ipsa. M. quid dixti Chreme?
Errau. res acta est. quanta spe decidi?
C. Et quidem istac, quæ est apud te, Clitiphonis est

Credit se intelligere fallaciam.

Amica. ME. ita aiunt. CH. & tu credis. M. omnia.
CHR. Et illum aiunt velle vxorẽ, vt, cũ despoderim,
Des qui aurum, ac vestem, atque alia, quæ opus sunt, comparet.
M. Id est profectò: id amicæ dabitur. C. scilicet

Vide Non. Misc. lib. 2.

Daturum. M. ah, frustra igitur gauisus sum miser.
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te responsum Chreme,

Ne sentiat me sensisse, atque ægrè ferat?
C. Ægrè. || nimium isti Menedeme indulges. M. sine. Corripit patrē de nimia indulgentia.
Inceptum est: perfice hoc mihi perpetuam Chreme.
C. Dic conuenisse, egisse te de nuptijs.
ME. Dica, qd dein de: CHR. || me facturū esse omnia. Hoc mirificè placebit Cliniæ.
Generum placere: postremò etiam, si voles,
Desponsam quoq; esse dicito. ME. hem, istuc volueram.
CHR. Tanto ocyus te vt poscat, & tu id, quod cupis,
Quam ocyssimè vt des. ME. cupio. CH. na tu propediem,
Vt istam rem video, istius obsaturabere.
Sed hæc ita vt sunt, cautim, & paullatim dabis.
Si sapies. ME. faciam. CHR. abi intro vide, quid postulent.
Ego domi ero, si quid me voles. ME. sanè volo:
Nam te scientem faciam, quidquid egero.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. Ad exitum iam properante Comœdia, Syri fallacia detegitur, vt Cliniæ nubat Antiphila. Bacchidem Clitiphonis esse amicam Menedemus ostendit.

Trochaici octonarii, & Iambici senarii.

MENEDEMVS, CHREMES.

ME. E || Go me non tam astutum, neque ita perspicacem esse id scio: Facetum exordium stultitiam Chremetis declaraturum.
Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes
Hoc mihi præstat. in me quiduis harum rerū cōuenit,
Quæ sunt || dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus:
In illū nil potest: nam exuperat eius stultitia omnia hæc. Conuicia in stultum.
CH. Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentam gnatam: nisi illos tuo ex ingenio iudicas,

Ingeniũ Sostratæ stupidum notat.

Vt nil credas intelligere, nisi idem || dictũ est centies.
Sed quid iamdudũ interim illic gnat⁹ cessat cũ Syro?
ME. Quos ais homines Chreme cessare? CH. hem, ||Menedeme aduenis?

Gaudium de aduẽtu senis

Dic mihi, Cliniæ, quæ dixi, nunciastin'? ME. omnia.
CH. Quid ait? ME. gaudere adeo occepit, quasi qui cupiunt nuptias.

Interiectio profusi cachinni.

CH. || Ha, ha, he. ME. quid risisti? CH. serui venere in mentem Syri
Calliditates. ME. itane? CH. voltus quoq; hominum || fingit scelus.

Metaphora a figulis.

ME. Gnatus quod se assimulat lætum, id dicis? CH. id. ME. idem istuc mihi

Veterator, qui vetus est in astutia.

Venit in mentem. CH. veterator. ME. magi', si magi' noris, putes
Ita rem esse. CH. ain'tu? ME. quin tu ausculta. CH. mane priu' hoc scire expeto,
Quid perdideris: nam vbi desponsam nũciasti filio,
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet,

Plaut. Tri. Puero opus est cibum.

||Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum vt dares.
ME. Non. CH. quid non? ME. non inquam. CH. neq; ipse gnatus? ME. nil prorsus Chreme.
Magis vnũ etiã instare, vt hodie cõficerẽtur nuptiæ.
CH. Mira narras, quid Syrus meus? ne is quidem quidquam? ME. nihil.
CH. Quamobrem? ME. nescio equidem: sed te miror, ||qui alia tam planè scias.

Faceta in deceptũ ironia.

Sed tuum ille quoque Syrus idem mirè finxit filiũ,
Vt ne paullulũ quidẽ suboleat amicã esse hãc Cliniæ.
CH. Quid ais? ME || mitto iam osculari, atque amplexari id nil puto.

Occupatio.

CH. Quid est, quod amplius simuletur? ME. vah. CH. quid est? ME. audi modo:

|| Est

‖Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddã retro: Huc est intro latus* lectus, vestimentis stratus est.
CH. Quid, postquam hoc est factum? ME. dictum factum, huc abijt Clitipho.
CH. Solus? ME. solus. CH. timeo. ME. Bacchis consecuta est illico.
CH. Sola? ME. sola. CH. perij. ME. ‖vbi abiere intro, operuere ostium. CH. hem, (Clin. hæc fieri videbat? ME. quid ni? vna mecum si-
CH. Filij est amica Bacchis Menedeme: occidi.
ME. Quamobrem? CH. ‖decẽ dierũ vix mi est familia.
M. Quid? istuc times, quod operã amico ille dat suo?
CH. Imo quod amicæ. ME. si dat. CH. an dubium id tibi est?
Quenquam ne animo tam comi esse, aut leni putas,
‖Qui se vidẽte amicam patiatur suam? M. ha, ha, he.
Quid ni? quo verba facilius dentur mihi.
CH. Derides? merito mihi nunc ‖ ego succenseo.
Quot res dedere, vbi possem persentiscere,
Ni essem lapis? quæ vidi? væ misero mihi.
At ne illud haud inultum, si viuo, ferent:
‖Nam iam. ME. non tu te cohibes? non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? CH. præ iracundia
Menedeme non sum apud me. ME. téne istuc loqui?
Nónne id flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?
CH. Quid faciã? ME. id, qđ me fecisse aiebas parum:
‖Fac, te esse patrem sentiat: fac, vt audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
CH. Imo abeat potius multo, quouis gentium,
Quam hic ‖ per flagitium ad inopiam redigat patrẽ:
Nam si illi pergo suppeditare sumtibus
Menedeme, mihi illæc vere ad rastros res redit.

Aperit fallaciam.
*Lectos olim fuisse exemptiles, et potuisse alio atque alio deportari probat etiã ex Hom.
Nam.i.2.
‖argumentũ quinta amoris linea.
*Honesta in re turpi insultatio in senem.
Honesta ecclipsis.
Chremes indignatur in seipsum.
Aposiopesis irato familiaris.
Recolit, ac retorquet consilium datum.
Verba rigidi patris.

Ingeniũ Sostratæ stupidum notat.

Vt nil credas intelligere, nisi idem ‖ dictũ est centies.
Sed quid iamdudũ interim illic gnat⁹ cessat cũ Syro?
ME. Quos ais homines Chreme cessare? CH. hem,
‖Menedeme aduenis?

Gaudium de aduẽtu senis

Dic mihi, Cliniæ, quæ dixi, nunciastin'? ME. omnia.
CH. Quid ait? ME. gaudere adeo occepit, quasi qui cupiunt nuptias.

Interiectio profusi cachinni.

CH. ‖ Ha, ha, he. ME. quid risisti? CH. serui venere in mentem Syri
Calliditates. ME. itáne? CH. voltus quoq; hominum ‖ fingit scelus.

Metaphora a figulis.

ME. Gnatus quod se assimulat lætum, id dicis? CH. id. ME. idem istuc mihi

Veterator, qui vetus est in astutia.

Venit in mentem. CH. veterator. ME. magi', si magi' noris, putes
Ita rem esse. CH. ain'tu? ME. quin tu ausculta. CH. mane priu' hoc scire expeto,
Quid perdideris: nam vbi desponsam nũciasti filio,
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet,

Plaut. Tri. Puero opus est cibum.

‖Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse, argentum vt dares.
ME. Non. CH. quid non? ME. non inquam. CH. neq; ipse gnatus? ME. nil prorsus Chreme.
Magis vnũ etiã instare, vt hodie cõficerẽtur nuptiæ.
CH. Mira narras, quid Syrus meus? ne is quidem quidquam? ME. nihil.
CH. Quamobrem? ME. nescio equidem: sed te miror, ‖qui alia tam planè scias.

Faceta in deceptũ ironia.

Sed tuum ille quoque Syrus idem mirè finxit filiũ,
Vt ne paullulũ quidẽ subboleat amicã esse hãc Cliniæ.
CH. Quid ais? ME ‖ mitto iam osculari, atque amplexari id nil puto.

Occupatio.

CH. Quid est, quod amplius simuletur? ME. vah. CH. quid est? ME. audi modo:

‖ Est

‖Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddã retro: Huc est intro latus* lectus, vestimentis stratus est.
CH. Quid, postquam hoc est factum? ME. dictum factum, huc abijt Clitipho.
CH, Solus? ME. solus. CH. timeo. ME. Bacchis consecuta est illico.
CH. Sola? ME. sola. CH. perij. ME. ‖ vbi abiere intro, operuere ostium. CH. hem, (Clin. ha.c fieri videbat? ME. quid ni? vna mecum si-
CH. Filij est amica Bacchis Menedeme: occidi.
ME. Quamobrem? CH. ‖ decẽ dierũ vix mi est familia.
M. Quid? istuc times, quod operã amico ille dat suo?
CH. Imò quòd amicæ. ME. si dat. CH. an dubium id tibi est?
Quenquam ne animo tam comi esse, aut leni putas,
‖ Qui se vidẽte amicam patiatur suam? M. ha, ha, he.
Quid ni? quo verba facilius dentur mihi.
CH. Derides? meritò mihi nunc ‖ ego succenseo.
Quot res dedere, vbi possem persentiscere,
Ni essem lapis? quæ vidi? væ misero mihi.
At ne illud haud inultum, si viuo, ferent:
‖ Nam iam. ME. non tu te cohibes? non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? CH. præ iracundia
Menedeme non sum apud me. ME. tene istuc loqui?
Nonne id flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?
CH. Quid faciã? ME. id, quod me fecisse aiebas parum:
‖ Fac, te esse patrem sentiat: fac, vt audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
CH. Imò abeat potius multo, quouis gentium,
Quam hic ‖ per flagitium ad inopiam redigat patrẽ:
Nam si illi pergo suppeditare sumtibus
Menedeme, mihi illæc verè ad rastros res redit.

Aperit falaciam.
*Lectos olim fuisse exemptiles, et potuisse alio atque alio deportari probat etiã ex Hom.
Nam.i.z.
‖ argumentũ quinta amoris linea.
*Honesta in re turpi insultatio in senem.
Honesta eclipsis.
Chremes indignatur in seipsum.
Aposiopesis irato familiaris.
Recolit, ac retorquet consilium datum.
Verba rigidi patris.

M. Quot incōmoda tibi in hac re capies, nisi caues?
Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen
Post, & id ingratum. C. ah nescis, quàm doleam. M. vt lubet.

Tacemus cōsilia, reticemus dolores, obticemus quorum nos pudet.

Quid hoc, quod volo, vt illa nubat nostro? nisi quid est,
Quod malis. CH. immò & gener, & affines placent.
M. Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? C. dotis? M. ita dico. C. ah. M. Chreme,
Ne quid vereare, si est minus: nil dos nos mouet.
C. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:
Sed ita dictu opus est, si me vis saluum esse, & rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixisse illi. M. quā rem agis?

Consilium Chremetis perturbati.

C. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quamobrem id faciam. M. quin ego verò, quamobrem id facias, nescio.
C. Egòne? vt illius animū, qui nūc luxuria, & lasciuia
Diffluit, retundam, redigam, vt, quò se vortat, nesciat.
M. Quid agis? CH. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem. M. sino:

Concessio irati contra pertinacem

Itane vis? C. ita. M. fiat. C. age iam, vt vxorem accersat, paret
Se. hic ita, vt liberos est aequom, dictis confutabitur.

Nouum periculum Clitiphonis, ne motus ill. su- deriores repē- tè cōsilescat.

Sed Syrum. M. quid eum? C. egóne? si viuo, adeò exornatum dabo,
Adeò depexum, vt, dum viuat, meminerit semper mei:
Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.
Non (ita me dij ament) auderet facere hac viduae mulieri,
Quae in me fecit.

Prouerbium.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. Clitiphonem filium obiurgat propter amicam pater, idque adeò fit, vt sic admonitus redeat

redeat in viã,& Bacchide relicta vxorẽ ducat. Cõtinet hæc scena & callidũ Syri cõsiliũ, quo catastrophẽ,id est,exitũ euẽtumq; negotii machinatur. Trochaici & Iambici octonarii.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

CL. ITane tandem quæso est Menedeme,vt pater
Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris? *Clitipho relatu Menedemi se a patre abdicatũ credit.*
Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?
Volgò id faciunt. ME. scito tibi esse grauius multo, ac durius, *Ab exemplo vitioso vulgi*
Cui fit. verùm ego haud minus ægrè patior id, qui nescio.
Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene ex animo volo. CLIT. hic *Beneuolẽtia indicium.*
Patrem adstare aiebas? ME. eccum. CH. quid me incusas Clitipho?
Quidquid ego huius feci,tibi prospexi,& stultitiæ tuæ.
Vbi te vidi animo esse omisso, &, suaui in præsentia *Carpit filiũ de delicijs.*
Quæ essent,prima habere,neque consulere in longitudinem:
Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere. *A necessario*
Vbi,cui decuit primò,tibi nõ licuit per te mihi dare,
Abij ad proxumos,tibi qui erant.eis commisi.& credidi.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,
Victus,vestitus,quo in tectum te receptes. CLIT. hei mihi.
CH. Satius est, quàm te ipso herede hæc possidere Bacchidem. *Accusatio sui ipsius.*
SY. Disperij: scelestus quantas turbas cõcivi insciens?

CLI.

CLI. Emori cupio. CH. prius quæso disce, quid sit viuere.

Eclipsis.

Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor.

Transfert culpam omnem in se.

Sy. || Here licet'ne? CH. loquere. Sy. at tuto. CH. loquere. Sy. quæ ista est prauitas,

Quæ'ue est amentia, quod peccaui ego, id obesse huic? CH. ilicet,

Ne te admisce: nemo accusat Syre te: nec tu arā tibi,

Neque precatorem pararis. Sy. quid agis? CH. nil succenseo,

Nec tibi, nec huic, nec vos est æquū, quod facio, mihi.

Extremum miseriarum fames.

Sy. Abijt. rogasse vellem. CLIT. quid Syre? Sy. vnde mihi peterem cibum.

Ita nos abalienauit: tibi iam esse ad sororē intelligo.

Fame, antique pro famis. Veteres declinabant Fames huius famei, fame vel fames. Vide Gel. li. 9. cap. 14.

CLIT. Adeon' rem redijsse, vt periculum etiam* fame mihi sit Syre?

Sy. Modo liceat viuere, spes est. CLIT. quæ? Sy. nos esurituros satis.

CLI. Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adiuuas?

Sy. Immò & ibi nunc sum, & vsque dudum id egi, dum loquitur pater:

|| Præ nimia affectione intercipit sermonem.

Et, quantum ego || intelligere possum. CL. quid? S. non abierit longius.

CLI. Quid id ergo? Sy. sic est, non esse horum te arbitror. CL. quid istuc Syre?

Callidū Syri consiliū, quo catastrophen machinatur.

Satin' sanus es? Sy. ego dicam, quid mi in mentem: tu diiudica.

Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,

Quæ propior esset, || te indulgebāt, tibi dabāt: nūc filia

Antiquè.

Postquam est inuenta vera, inuenta est caussa, qua te expellerent.

Facile assentitur.

CLIT. || Est verisimile. S. an tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?

CLIT. ||

CLIT. Non arbitror. S. nunc aliud specta: || MATRES omnes filijs
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent esse. id non fit. CLI. verum. quid ergo nunc faciam Syre?
S. || Suspicionẽ quære ex illis istã: rem profer palam.
Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito, aut
Scibis cuius sis. CLIT. rectè suades: faciam. S. sat recte hoc mihi in
Mentem venit: nanque adolescens, *quam minima in spe situs erit,
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet suas.
Etiam haud scio, an ne vxorem ducat, ac Syro nil gratiæ.
|| Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio. adhuc quod factum est,
Miror non iussisse illico me arripi. ad Menedemum hinc pergam. eum
|| Precatorẽ mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

Materna in filios indulgentia.

Callidũ Syri consilium.

Valla Eleg. lib. 1. ca. 16.

Eclipsis.

Id est, intercessorem.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. Chremes filii occasione vxorem obiurgat: & mordacibus dictis impetit, salibusq; nõ illepidis, & maternum animũ in hac scena ob oculos ponit Terentius.

Iambici octonarii, & Trochaici: Iambicus quaternarius vnus.

SOSTRATA, CHREMES.

S. P|| Rofecto, nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali.
Idq; adeo miror, qui tam ineptum quidquam potuerit tibi
Venire in mentem mi vir. CH. oh, pergin', || mulier esse? vllamne ego

Homo per contemptũ, & id cum stomacho pronuntiandum.

Notat mulierum importunitatem.

Rem

Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris Sostrata? at
Si rogitem iam, quid est quod peccem, aut quamobrem id faciam, nescias.
In qua re nunc tam confidenter restas stulta? S. ego nescio?
C. Immò scis potius, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio.
S. Oh, iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.
C. Non postulo: iam loquere. nihilo minus ego hoc faciam tamen.
S. Facies? C. verum. S. non vides, quantum mali ex ea re excites?
Subditum se suspicatur. CH. ain' tu? || subditum? SO. certè inquam mi vir. C. confitere tu
Tuum non esse. S. au, obsecro istuc nostris inimicis siet.
Egon' confitear meum non esse filium, qui sit meus?
C. Quid metuis? ne non, cum velis, || conuincas esse illum tuum?
S. Quòd filia est inuenta? C. non, sed, quod magis credendum siet,
Quod est consimilis moribus,
Facile conuinces ex te natum nam tui similis est probè.
Nam illi || nihil vitij est relictum, quin id itidem sit tibi.
Tum prætereà talem, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur, quam seuerus? rem cum videas, censeas.

Repetitio verbi cum stomacho. Bem. sic erit

Iuridicum verbum.

Notat vxoris mores ex filij moribus

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Clitipho cum matre colloquens, suos sibi parentes commonstrari cupit: qua oratione hanc admodum reddit sollicitam. Chremes contumeliosè filium obiurgat.

Trochaici octonarii.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

CLIT. SI || vnquam vllum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi

Volebat ad matrem consilium hoc,

Fu-

Puerim, dictus filius tuus tua voluntate, obsecro
Eius vt memineris, atq; inpusnūc te misereſcat mei:
Quod peto, & volo, parentes meos vt cōmōstres mihi.
SO.|| Obsecro mi gnate, ne istuc in animū inducas tuū,
Alienum esse te. CLIT. ſum. SO. miseram me, hoccine quæsisti obsecro?
Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me, atque hoc natus es:
Et caue posthac, si me amas, vnquam iſtuc verbum ex te audiam. CH. at
Ego, || si me metuis, mores caue in te eſſe iſtos ſentiā.
CLIT. Quos? CH. si ſcire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnoſus. crede, & noſtrum te eſſe credito.
CLIT. Non ſunt hæc tam dicta parentis. CH. non, ſi ex capite ſis meo
Nat⁹, itē vt aiūt Mineruā eſſe ex Ioue, ea cauſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.
SO. Di iſtæc prohibeant. CH. neſcio || Deos: ego, quod potero enitar ſedulò.
Quæris id, quod habes, parentes: quod abeſt, non quæris, patri
Quo modo obſequare, & ſerues qđ labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præſente verbū turpe: at te id nullo modo
Facere piguit. CLIT. || eheu quàm ego nunc totus diſpliceo mihi,
Quam pudet: neque, quod principium incipiam ad placandum, ſcio.

propterea mater producitur.

Verba matris consternatæ.

Iurandi vetus mos parentum.

Aeritas ſp patris.

Cotumelioſe in abiectiſsimu quenq;

Iratorum more hæc.

Cataſtropha

ACTVS V. SCENA V.

ARG. Menedemi interuentu poſt turbationes tranquilla fiunt omnia: volenti datur Clitiphoni vxor Archonidis filia: Syro a Chremete ignoscitur. Iambici & Trochaici octonarij.

MENE-

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

Menedemus solus hæc secum.

M. ENimuero Chremes nimi' grauiter cruciat adolescentulum!
Nimi'que inhumane. exeo ergo, ut pacem cōciliem. optume.
Ipsos video. CHR. ehē, Menedeme cur nō accersi iubes

Filiā, ut nubat, scilicet Cliniæ.

|| Filiam, & quod dotis dixi, firmas? SO. mi vir, te obsecro
Ne facias. CLIT. pater obsecro ut mi ignoscas. M. da veniam Chreme:
Sine te exorem. CH. egon' mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?

Mire, sibi ignosci postulat.

**Metaphora a repagulo occludendo.*

Non faciam. M. at id nos non sinemus. CLIT. || si me viuom vis pater.
Ignosce. S. age, Chreme mi. M. age quæso, ne tam *obfirma te Chreme.
CH. Quid istuc? video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.
M. Facis, ut te decet. C. ea lege hoc adeo faciam, si faciat id,

Vox deliberantis.

Quod ego hunc æquom censeo. CLIT. || pater, omnia faciam: impera.
CH. Vxorem ut ducas. CL. pater. CH. nihil audio. ME. ad me recipio.
Faciet. CH. nil etiam audio ipsum. CLI. perij. SO. an dubitas Clitipho?
CH. Immo utrum vult? M. faciet omnia. S. hæc, dum incipias, grauia sunt.
Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. CLI. faciā pater.

Blanda matris suasio.

Deformis puellæ descriptio.

S. Nate mi, ego pol dabo || puellam lepidam, quam tu facile ames,
Filiam Phanocratæ nostri. CLIT. || rufamne illam virginem,
Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater.

CH. Eia,

CH.Eia, vt elegans est, credas animum ibi esse? SO. aliam dabo.

CLI. Quid istuc? quando quidem ducenda est, egomet habeo propemodum,

Quam volo. SO. nunc laudo te gnate. CL. Archonidis filiam.

S. Perplacet. CL. pater hoc nunc restat. CH. quid? CL. || Syro ignoscas volo, *(dite.*

Quæ mea causa fecit. CHRE. fiat. Vos valete, & plau

Syro ignoscitur.

IN ADELPHOS ARGVMENTVM.

MITIO, & Demea, duo dissimilimo fratres ingenio fuere. ille vrbanā vitam secutus est: hic rusticam: ille cœlebs vixit: hic vxorem duxit: ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille mitis etiam in alienos: hic sęuus etiam in suos: ille etiam in ira placidus: hic etiam citra iram ferox. Erant Demeæ, filij duo: ex quib⁹ natu maiorē AEschinū sibi adoptauit Mitio, eumq; secum in vrbe liberalissimè, indulgentissimeq; educauit: minorē Ctesiphonem ruri secum seuerè imprimis, ac restricte habuit pater. AEschinus multas meretrices, patre ad omnia conniuente, adamauit: multa cōuiuia celebrauit: quę denique iuuent⁹ fert, ea omnia non liberè modò, sed etiam licenter exercuit postremo vsque eò progressus est. In virginem pauperculā quidem, sed bonā, bonis prognatam, Pamphilā nomine, quā mater Sophrona vidua sanctè, secum, & pudicè, vt poterat, educabat, noctu temulent⁹ cùm incidisset, vim ei attulit, grauidamq; fecit. venit postea ad matrē illius, veniā petens, pollicénsque se puellam vxorem ducturum, ei fide data, & ignotum est, &

tacitum. Ctesipho, cùm in vrbem interdum ventitaret, ipse quoq; citharistriæ cuiusdam amore correptus est. totam eius rei famã, ne quà emanaret, ac perueniret ad Demeã, in sese Aeschinus transferebat. tandẽ, cùm leno, puellæ dominus, aut pecuniam sibi, quanti ea erat vellet in manum dari, aut se eam alij venditurum minitaretur, adductus in summam desperationẽ Ctesipho, iam de relinquenda patria cogitabat: cùm Aeschinus, re intellecta, qui nullo neque pudore teneretur, neque metu, domum lenonis per vim ingressus est, & ipsum, & familiã cõtudit pugnis, puellamq; per vim abreptã tradidit fratri. Spargitur tota vrbe rumor. venit Demea, Mitionem obiurgat, inclamat, testatur deos, atque homines, quòd dissolutus, quòd intemperans, quòd vinosus, quòd scortator, quòd nullius boni rei Aeschinus foret, omnem in Mitione vno hęrere culpam: diis gratias agere, quòd ille saltem, quẽ ipse ruri haberet, frugi, ac temperans esset: rei studeret, & famę, illarum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum videlicet interesse inter suam & fratris disciplinam. placat hominem, quantum in se est, Mitio: iámque se ab eo expedierat, cùm superuenit aliud quod maiores etiã tumultus excitaret. raptã ab Aeschino citharistriã, perfertur ad matrẽ Pamphilæ, quæ quidẽ Pãphila ita erat ad pariendũ vicinę, vt iã dolore laboraret. quid faceret misera? mutatum Aeschini animũ. se verò, filiamq; suã ꝑditas per summã perfidiã ac desertas putabat. Getã seruulũ, qui pauperẽ familiã solus, vt poterat, alebat, mittit ad Hegionẽ, puellæ cognatũ, iubetq; ei rẽ, vt erat, exponere. interea audierat Demea suum quoq; Ctesiphonẽ in raptione affuisse: ita

q; totus in fermento.vt aiunt,erat:cùm ei Syrus, seruus vaferrimus,mendaciolũ ad'pergit:venisse quidẽ rure Ctesiphonẽ,sed venisse obiurgatum AEschinũ:multa ei medio foro mala dixisse,dein de rediisse rus in præfecturã suã.lacrumare gaudio Demea,& gratulari sibi, quòd vnũ saltẽ haberet,in quo exstaret paternæ seueritatis exemplũ dũ rus redit,incidit in Hegionẽ,à quo de cõstuprata per vim ab AEschino Pamphila intelligit. denuo cõmotus,dum fratrem,vt in eũ iram euomeret,quærit,obuiũ habuit mercenariũ à villa,ex quo sciscitatus de filio,accipit,nõ esse ruri. redit ad Syrum:à quo ei rursus nouũ mendaciũ, velut ossa in os,ne latraret,obiicitur.quærit, vbi fratrẽ reperire posset.id verò ita indicauit Syr⁹, vt infelix senex,dum illius verbis fidẽ habet,nequicquam omne oppidũ perreptauerit.interea Mitio omniũ ab Hegione certior factus,ipsemet ad mulieres profectus, iacentes iam & afflictas erexerat,labantes & dubias confirmauerat, tristitia ac mœrore cõfectas recreauerat,pollicit⁹, se Aeschino Pamphilã vxorẽ daturũ. venit Demea. clamor,iurgiũ,cõuicia.etiam eo præsente, seruulus quidam Ctesiphonẽ per imprudentiam nominat. ille cùm subitò per vim in ædes irrupisset:quẽ iã pridem putabat ruri fodere,aut arare,aut aliquid ferre denique,eũ accubantẽ cũ amica,& suauiter potitantẽ deprehẽdit ibi verò tanta iracũdia incitat⁹ est,vt arderet.satis diu vociferat⁹ cùm esset,tandẽ placida & cõposita Mitionis oratione eò perducitur,vt deposita vetere sæuitia,benign⁹,affabilis,lepid⁹ esse meditetur.itaq; ipso nõ permittẽte tantùm,sed etiã iubente, puerpera domũ traducitur: fiunt nuptiæ:lenoni

meratur argentum: Mitio ipse Sophronam ducit vxorē: Hegioni datur, vnde viuat: Syrus vnà cum Phrygia vxore manumittitur. cū Mitio, cęteriq; omnes, sed tamen præcipuè Mitio illā tantā, tā insperatam, tā subitā mutationem admiraretur: graui & cordata oratione claudit fabulā Demea si omnia profundere, si in omni libidine ac nequitia viuere, si totā rē helluationibus, scortationibus, largitionibus consumere libeat, nihilo id sua magis, aliquanto etiam minus, quo sibi minus ætatis supersit, quàm aliorū interesse: sin corrigi se in loco, & modicè coerceri, atque admoneri velint, eum esse se, qui id pręstare possit. permittuntur ei omnia. ita fabula concluditur.

ADELPHORVM PERSONÆ, EARVMQVE INTERPRETATIO.

MITIO, senex.
DEMEA, senex.
HEGIO, senex.
AESCHINVS, adolescens.
CTESIPHO, adolescens.
SOSTRATA, matrona.
PAMPHILA, puerpera.
CANTHARA, nutrix.
SYRVS, seruus.
GETA, seruus.
SANNIO, leno.

Sequentium tantùm hic mentio fit.

BABYLO, vel fortè Babyla,
STORAX, vel Styrax.

C. SVLPI-

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

DVos cùm haberet Demea adolescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æschinum,
Sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistria
Lepôre captum, sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Æschinus, famam quoque
Amoris in se transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripuit: vitiauerat
Idem Æschinus ciuem Atticam pauperculam:
Fidemq́; dederat hanc sibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre: mox tamen,
Vt veritas patefacta est, ducit Æschinus
Vitiatam, potitur Ctesipho citharistriam,
Exorato suo patre duro Demea.

ACTA LVDIS FVNEBRIB. L. Æmilij Pauli Q. Fabio maximo, P. Cornelio Africano aedil. Cur. Egere L. Atili⁹ Praenestin is, Minutius Protimus. Modos fecit Flaccus Claudij. Tibijs Serranis. Facta ė græca menandru, L. Anicio, M. Cornelio Coss.

PROLOGVS.

Narratio.



Ostquam poëta sensit scripturã suã
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus:
Indicio de se ipse erit: vos eris iudices.
Laudine an vitio duci factum oporteat.
Synapothnescontes ||Diphili comœdia est.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adolescens est, qui lenoni eripit
Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos, verbum de verbo expressum||extulit.
Eam nos acturi sumus nouam pernoscite,
Furtum'ne factum, existumetis. an locum
Reprehensum, qui præteritus negligentia est.
||Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiutare, assidueq; vnà scribere,
Quod illi maledictum vehemens existumant,
||Eam laudem hic ducit maxumam, cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent:
||Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsu' est sine superbia.
Dehinc ne exspectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem aperient,

Diphilus, poëta comicus fuit.

Græca latino stylo ornauit.

Alia defensio:

Insersio.

Laus ab humanitate.

in

In agendo partem ostendent. facite, aequanimitas
Vestra poëtae ad scribendum augeat industriam,

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Admodum est sollicitus Mitio, quòd nõdum à cena redierit filius AEschinus. Ostendit in liberis educandis lenitate plus quàm asperitate parentes proficere.

Iambici senarij.

M. S||Torax. nõ redijt hac nocte a cena Æschinus,
Neq; seruulorũ quisquã, qui aduorsum ierãt.
Profecto hoc verè dicunt: si absis vspiam,
Aut vbi si cesses, euenire ea satius est,
Quae in te vxor dicit, & quae in animo cogitat
Irata, quàm illa, quae parentes propitij.
**Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,*
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi,
Et tibi bene esse soli, cum sibi sit malè.
Ego, quia non redijt filius, quae cogito?
Quibus nunc solicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. vah, quemquamne hominem in animo instituere, aut
Parare. quod sit carius, quàm ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre. is adeò
Dissimili studio est. iam inde ab adolescentia.
||Ego hanc clementem vitam vrbanam, atq; otium
Secutus sum: & quod fortunatum isti putant,
*Vxorem nunquam habui. *ille contra, haec omnia,*
Ruri agere vitam, semper parcè, ac duriter
Se habere: vxorem duxit: nati filij
Duo. inde ego hunc maiorem adoptaui mihi:
Eduxi è paruulo, habui, amaui pro meo:
In eo me oblecto: solum id est carum mihi.
Ille vt item contra me habeat, facio sedulò:

Mitio hac narratione exponit sui erga filium voluntatem, sua consilia de educatione: exponit item consilia Demeae.
** Orditur autẽ narrationem à collatione, qua exaggerat curã & amorem erga filium*
Mitionis vita clemẽs, & otiosa.
**Demea vita laboriosa & austera.*

Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere: postremò, alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium:
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit ceteros.
||Pudore, & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.
Venit sæpe ad me clamans, ||quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimium indulges: nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquumq; & bonum:
||Et errat longè mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Quem beneficio adiungas, ille ex animo facit,
Studet par referre, præsens, absensq; idem erit.
||Hoc patrium est, potius consuefacere filium,
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu.
Hoc pater, ac dominus interest. hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed est'ne hic ipsus, de quo agebam? & certè is est.
Nescio quid tristem video. credo iam, vt solet,
Iurgabit. saluom te aduenire Demea,
||Gaudemus.

Epiphonema

Fratris consilia.

Retorquet correptionẽ contrarium inferendo.

Indulgentia affectum ad disciplinam reuocat.

Hic senarius perficitur initio scenæ sequentis.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Demea Æschinum absentem petulantię grauiter accusat: excusat eundem Mitio, plus

plus nimio indulgens pater Hic attende lenē Mitionē, asperum Demeā induci à Terentio. Iambici senarii

DEMEA, MITIO

DE. Hem opportunè: te ipsum quærito.
MI. Quid tristis es? DE. rogas me, ubi nobis Æschinus
Siet, quid tristis ego sim? MI. dixin' hoc fore?
Quid is fecit? DEM. quid ille fecerit? *quem neque pudet
Quidquam: neque metuit quemquam: neque legē putat
Tenere se ullam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modo quid designauit? M. quidnam id est?
DE. Fores effregit, atque in ædeis irruit
Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiam
Mulcauit usque ad mortem: eripuit mulierem,
Quam amabat: clamant omnes indignissimè
Factum esse. hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore est omni populo. denique,
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum huius simile factum: hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico, tu illum corrumpi sinis.
M. Homine imperito numquam quidquam iniustius,
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
DE. Quorsum istuc? MI. quia tu Demea hæc malè iudicas.
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere. hæc si neque ego, neque tu fecimus,
Non siuit egestas facere nos. tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.
Iniurium est: *nam si esset unde id fieret,
Faceremus: & tu illum tuum, si esses homo,

Congressus senis, qui velut superiorem Mitionis orationē comprobat, & amplificat.

*Propositio generalis.

Narratio.

Amplificatio ab exemplo.

Excusatio facti per comsultationem

Id plerūque usu venit.

Dissimulatio callida

Mitionis, qua placare fratrem conatur.

Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potius quàm, vbi te exspectatum eiecisset foras,
Alieniori ætate post faceret tamen.

Tragica exclamatio.

DE. ||Prò Iupiter, rediges tu homo me ad insaniam,
Non est flagitiũ facere hæc adolescentulum? MI. ah,
Ausculta, ne me obtundas de hac re sæpius,
Tuum filium dedisti adoptandum mihi:

Argumentatio per inductionem.

||Is meus est factus: si quid peccat Demea,
Mihi peccat: ego illi maximam partem feram.

*Varro lib. 6. de Orig. legit Scortatur, potat, olet vnguentum.

*Obsonat, potat, olet vnguenta de meo.
Amat? dabitur à me argẽtum, vbi erit commodum:
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.
||Fores effregit? restituentur. discidit
Vestem? resarcietur. est, dijs gratia,
Et vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.

||Perculta breuitas.

*Postremò aut desine, aut cedo quemuis arbitrum:
Te plura in hac re peccare ostendam. DE. hei mihi.
Pater esse disce ab alijs, qui verè sciunt.

* Peroratio.

Plus laudis consilijs, quàm natura, consequitur.

MI. ||Natura tu illi pater es, consilijs ego.
DE. Tun' consulis quicquã? MI. ah, si pergis, abiero.
DE. Siccine agis? MI. an ego toties de eadem re audiam?
DE. Cura est mihi. MI. & mihi cura est: verùm Demea
Curemus æquam vterque partem, tu alterum,
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Reposcere illum est, quem dedisti. DE. ah Mitio.

Concessio ironica.

MI. Mihi sic videtur. DE. quid istuc? || tibi si istuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam si verbum vllum posthac. MI. rursum Demea
Irascere? DE. an non credis? repeton' quem dedi?
Ægre est. alienus non sum. si obsto, hem desino.
Vnum vis curem: curo: & est dijs gratia.

Cum

Cum ita ut volo, est. ||Iste tuus ipse sentiet
Posterius: nolo in illum grauius dicere.
MI. Nec nihil, neque omnia, hæc sunt, quæ dicit: tamen
Non nihil molesta hæc sunt mihi: sed ostendere,
Me ægrè pati, illi nolui: nam ita est homo:
Cum placo, aduorsor sedulò, & deterreo,
||Tamen humanè vix patitur: verùm si augeam,
Aut etiam adiutor sim eius iracundiæ,
Insaniam profectò cum illo. etsi Æschinus
Non nullam in hac re nobis|| facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? postremò nuper (credo iam omnium
Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
Sperabam iam deferuisse adolescentiam:
Gaudebam. Ecce autē de integro: nisi, quidquid est,
Volo scire, atque hominem conuenire, si apud forū est.

Iste per contemptum.
||Correptio dissimulationis.
Argumentū à contrario.
Reprehensiones leues.
Aposiopesis.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. Senibus omissis, describitur Aeschini factū, iurgantis cū lenone. Nec error est poetæ, quod hic fiant, quę facta esse Demea dixit, qui fortasse rumore nūcio acceperat fecisse Aeschinum, quod facturū ille seminatus fuerat.

Trochaici & Iambici octonarij, & vnus quaternarius.

SANNIO, AESCHINVS.

OBsecro, populares ferte misero, atque innocenti auxilium:
Subuenite inopi. AE. otiose, nunc iam illico hic consiste:
Quid respectas? nihil pericli est: numquam, dum ego adero, hic te
Tanget. SA. ego istam inuitis omnibus.
AE. Quamquam est scelestus, non committet hodie

Omissis senibus describitur Aeschini factū, iurgantis cum lenone: estque hæc pericula protasis.

die vnquam iterum vt vapulet.

SA. Audi Æschine, ne ignarum fuisse te dicas morum meum,

Ego leno sum. AE. scio. SA. at ita, vt vsquam fuit fide quisquam optuma.

Tu quod te posterius purges, nolle hanc iniuriã mihi

Factam esse: || huius non faciam. crede hoc, ego meũ ius persequar:

Neq; tu verbis solues vnquã, qđ re mihi malefeceris.

Noui ego vostra hac: nollem factum: dabitur iusiurandum, esse te

*Indignum iniuria hac: indignis cùm egomet sim acceptus modis.

AE. Abi prastrenue, ac fores aperi. SA. ceterum hoc nihil facis.

AE. Intro nunc iam. SA. at enim nõ sinam. AE. || accede illuc Parmeno,

Nimium abiisti istoc, hic propter hunc assiste. hem, sic volo,

Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos,

Ne mora sit, si innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.

SA. Istuc volo ergo ipsum experiri. AE. hem serua. omitte mulierem.

SA. O facinu' indignum. AE. geminabit, nisi caues. SA. hei misero mihi.

AE. Non innueram: verùm in istam partem potius peccato tamen:

I nunc iam. SA. quid hoc rei est? regnúmne Æschine hic tu possides?

AE. Si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.

SA. Quid tibi rei mecum est? AE. nihil. S. quid? nostin', qui sim? AE. non desidero.

Vel stipulam, vel summũ digiti ostendens, dicit.

Satis facturi olim iurabãt indigno se eam contumeliam intulisse, eaq; res læsum ab infamia vindicabat Nã. 2.

|| Ad Parmenonem concitatus loquitur.

Exclamatio vapulantis.

SA.

SA. Tetigin' tui quidquā? AE. si attigisses, ferres infortunium.
SA. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?
Responde. AE. ante ædes non fecisse* erit melius hic conuicium:
||Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripiere, atque ibi
Vsq; ad necem operiere loris. S. loris liber? AE. sic erit.
SA. O hominem impurum. hiccine libertatem aiunt æquam esse omnibus?
AE. Si satis iā debacchat[9] es leno, audi si vis nūc iā.
SA. Egon' debacchatus sum in te, an tu in me? AE. omitte ista, atque ad rem redi.
SA. Quam rem? quò redeam? AE. iamne me vis dicere, quod ad te attinet?
SA. Cupio, ||modò æqui aliquid. AE. vah, leno iniqua me non volt loqui.
SA. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Periurus, pestis: tamen tibi à me nulla est orta iniuria.
AE. Nam hercle etiam id restat: S A. illuc quæso redi, quò cœpisti, Æschine.
AE. Minis viginti tu illam emisti, quæ res|| tibi vortat malè:
Argenti tantum tibi dabitur. S A. quid, ||si ego illam nolo vendere,
Coges me? AE. minimè. S A. namque id metui. AE. neque vendundam censeo,
Quæ libera est: nam ego || illam liberali assero caussa manu.
Nunc vide utrum vis, argentum accipere, an caussam meditari tuam.

Suadētis habet speciem, cum interim graues minas denūciet Nā.2.
||Comminatio vehementior.
Superbè contemnit dicta lenonis.
Ironicōs.
Imprecatio.
Stultè negat se venditurū quod perdidit.
Liberalis caussa, quæ continet actione libertatis
Tragica exclamatio,

Delibera

Tragica exclamatio.

Delibera hoc, dum ego redeo, leno. SA. Pro supreme Iupiter:
Minimè miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.
Domo me eripuit, verberauit: me inuito abduxit meam:
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier.

Hic mira arte insano conceditur.

Verum enim, quando bene promeruit, fiat: suum ius postulat:
Age iam cupio, modò si argentum reddat. sed ego hoc hariolor.
Vbi me dixero dare tanti, testeis faciet illico,
Vendidisse me: de argento somnium: mox, cras redi.
Id quoque possum ferre, si modo reddat: quamquam iniurium est.
Verùm cogito id, quod res est. quando eum quæstum occeperis,
Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Sannio queritur de iniuria sibi facta ab Aeschino & Syri consilijs eluditur.

Iambici octonarii.

SYRVS, SANNIO.

Consilia serui, quib. eludit lenonem, eaque commode subiecit statim concertationi, qua fuit cum Aeschino.

SY. Tace, egomet conueniam iam ipsum: cupidè accipiat faxo, atque etiam
Bene dicat secum esse actum. quid istuc Sannio est, quod te audio
Cum hero nescio quid concertasse? SY. numquam vidi iniquius
Concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.

Ego

Ego vapulando, ille verberando, vsque ambo defessi sumus.

ST. Tua culpa. SAN. quid agerem? ST. adolescenti morem gestum oportuit.

SA. Qui potui melius? qui hodie vsque os præbui. ST. age, scis quid loquar?

Pecuniam in loco negligere, maxumum interdum est lucrum. SA. hui.

ST. Metuisti, si nunc de tuo iure côcessisses paullulū,

Atque adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, — *Metaphora ab aucupib.*

Ne non tibi istuc fœneraret? SAN. ego spem pretio non emo. — *Mos auarorum.*

ST. Nūquā rē facies: abi, nescis ||inescare homines Sānio.

SAN. Credo istuc melius esse: verum ego nunquam adeo astutus fui,

Quin, quidquid possem, || mallem auferre potius in præsentia.

ST. Age, noui tuum animum: quasi vsquam tibi sint viginti minæ,

Dum huic obsequare: præterea autem te aiunt proficisci Cyprum. SA. hem.

ST. Coemisse hinc, quæ illuc veheres, multa: nauem conductam: hoc scio,

Animus tibi pendet: vbi illinc, spero, redieris, tamen hoc ages.

SA. || Nusquam pedem. perij hercle: hac illi spe hoc inceperunt. ST. timet: — *Aposiopesis.*

||Inieci scrupulum homini. SA. ô scelera: illuc vide, — *Metaphora a lapillis articulos vrgentibus.*

Vt in ipso articulo oppressit. emptæ mulieres

Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.

Ni eo ad mercatum veneo, damnum maxumum est.

Nunc, si hoc omittam, vbi illinc rediero, actum agam.

Nihil est, refrixerit res, nunc demum venis?

Cur

Cur passus? vbi eras? vt sit satius perdere,
Quàm aut hic nunc manere tam diu, aut tum persequi.

Comploratio.

ST. Iam'ne enumerasti, quod ad te rediturũ putes?
S. || Hoccine illo dignũ est? hoccine incipere Æschinũ
Per oppressionem vt hanc mi eripere postulet?

Metaphora ab arbore resecta.

ST. || Labascit. vnum hoc habeo: vide si satis placet:
Potius, quàm venias in periculum Sannio,
Seruésne, an perdas totum, diuiduum face.
Minas decem corradet alicunde. SA. || hei mihi,
Etiam de sorte nunc venio in dubium miser.
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi:
Præterea colaphis tuber est totum caput.
Etiam insuper defraudet? nusquã abeo. ST. vt lubet.
Nunquid vis, quin abeã? SA. immò hercle hoc quæso Syre,

|| Nunc conqueritur de iniuria, cum damnũ quoque sentit.

Diuertit se tandem ad preces.

Vtut hæc sunt facta, || potius, quàm, lites sequar,
Meum mihi reddat, saltem quanti empta est Syre.
Scio te non vsum antehac amicitia mea:
Memorem me dices esse, & gratum. ST. sedulo
Faciam. || sed Ctesiphonem video lætus est
De amica. SA. quid, quod te oro? ST. paullisper mane.

|| parasceue,

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Ctesipho fratrem laudat, & commendat, agitque gratias absenti pro beneficio.

Iambici octonarij.

CTESIPHO, SYRVS.

C. Abs quiuis homine, cum est opus, beneficium accipere gaudeas:
Verum enimuero id demum iuuat, si, quem æquom est benefacere, is facit.
O frater frater, quid ego nũc te laudẽ? satis certò scio:
Nunquam ita magnificè quidquam dicam, id virtus quin superet tua:

Spargitur in personas Aeschini factũ idq; iam Ctesipho prædicat, nempe ad quem fructus redit.

|| Sũma fratris laudatio.

Itaq;

Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini nemini esse primarum artium mag.' principem.
S. ô Ctesipho. C. ô Syre, Æschinus vbi est? S. ellum, te exspectat domi. C. hem.
S. Quid est? C. quid sit? illius opera Syre nunc viuo: festiuum caput:
Omnia sibi qui || post putarit esse præ meo commodo, *Veri fratru descriptio*
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit,
Nil pote supra. sed quisnam? foris crepuit. mane, ipse exit foras.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARG. Colloquuntur fratres: agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna.

Eiusdem generis.

AESCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

AE. V ||Bi ille est sacrilegus? SA. men' quærit? num quidnam effert? occidi. *Aeschinus sauciat aduersus lenonum superbiam.*
Nil video. AE. ehem, opportunè, te, ipsum quærito: quid fit Ctesipho?
In tuto est omnis res: omitte verò tristitiam tuam.
C. Ego illam facilè verò omitto, qui quidem te habeam fratrem. (plius,
O mi germane, ah vereor coram in os te laudare am- *Assentatores coram laudant.*
||Ne id assentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere existumes.
AE. Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos Ctesipho.
||Sed hoc mihi dolet, nos pæne serò scisse, & pæne in eum locum *Insinuatio beneficij in periculo collati.*
Redysse, vt, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.

CT. Pudebat. AE. ah, stultitia est istæc, nō pudor, tam ob parvolam
Rem pene ex patria. turpe dictu. deos quæso ut istæc prohibeant.
CT. Peccavi. AE. quid ait tandem nobis Sannio? SY. iam mitis est.
AE. Ego || ad forum ibo, ut hunc absolvam: tu intro ad illam Ctesipho.
SA. Syre insta. SY. eamus: namque hic properat in Cyprum. SA. ne tam quidem.
|| Quamvis etiam maneo otiosus hic. SY. reddetur, ne time.
SA. At ut omne reddat. SY. omne reddet, tace modo, ac sequere hac. SA. sequor.
CT. Heus heus Syre. SY. hem quid est? CT. obsecro hercle hominem istum impurissimum,
Quam primum absolvitote, ne, si magis irritatus siet,
Aliqua ad patrem hoc permanet, atque ego tum perpetuo perierim.
Sy. Non fiet: bono animo esto. tu cum illa te || intus oblecta interim,
Et lectulos || iube sterni nobis, & parari cetera.
Ego iam transacta re convortam me domum cum obsonio.
CT. Ita quæso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem.

ACTUS III. SCENA I.

ARG. Solicitam inducit Sostratam, ob filiæ, quæ ex Aeschino gravida est, vicinum partum.

Iambici & trochaici octonarii

SOSTRATA, CANTHARA.

S. O || Bsecro mea tu nutrix, quid nunc fiet?
CA. quid fiet, rogas?
Recte ædepol spero. S. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.

in Cyprum, quo amica erat auehendi, Ex Diphilo videtur expressisse, qui adolescentem facit optantem commori. ut Terēt. fugere. Nam * quo solutioni interesset argentarij, eamque referrent in rationes, id est qui numerabat argētum Mitio.
* Inconstanter a lenone dictum.
|| Honesta in re turpi periphrasis.
|| Servus magnifice loquitur.
|| Ad periculum Aeschini, nam parum sit oppressam ab eo in ge...

C. Iam nunc times, quasi numquam adfueris, numquam tute pepereris.
S. Miseram me, neminem habeo, solæ sumus: Geta autem hic non adest:
Nec habeo quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Aeschinum.
C. Pol is quidem iam hic aderit: nam numquam vnũ intermittit diem,
Quin semper veniat. S. solus || mearum miseriarum est remedium.
C. E're nata melius fieri haud potuit, quàm factũ est (hera:
|| Oblatum quando vitium est, quod ad illum attinet potissimum,
Talem, tali genere, tali animo, natũ ex tanta familia.
S. Ita pol est, vt dicis: saluus nobis, deos quæso, vt siet.

& mulierculæ in metum conjiciuntur, propter rapta psaltriã

Amatorius affectus.

Factum laudat ob conditionem nuptarum.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. Geta Sostratæ seruulus commotior herç nuntiat Aeschinũ alio captum amore puellam eripuisse lenoni.

Eiusdem generis inserto quaternario.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

G. N|| Vnc illud est, quod, si omnes omnia sua cõsilia conferant,
Atque huic malo salutẽ quærãt, auxilij nihil afferãt,
Quod mihiq́ue, heræq́ue, filiæq́ue herili est. væ misero mihi
Tot res repente circumuallant, vnde emergi nõ potest,
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.
|| Hoccine seclum? ô scelera, ô genera sacrilega, ô hominem impium.
S. Me miseram, quidnam est, quod sic video timidũ & properantem Getam?
G. || Quem neque fides, neque iusiurandum, neque vlla misericordia,
Repressit, neque reflexit, neque quod partus instabat prope,

Tragica conquestio serui de iniuria Aeschini viam autem facit ad epitasin.

Seculum accusat, vt à tempore mores carpat.

|| Geta querimonia persequitur per exaggerationem.

Cui miseræ indignè per vim vitium obtulerat. S. non intelligo

Satis, quæ loquatur. C. propius obsecro accedamus Sostrata. G. ah,

Cum ponde re et stomacho pronunciand a: nam ira animum impedit

||Me miserũ, vix sum cõpos animi: ita ardeo iracũdia.

Nihil est, quod malim, quàm illam totam familiam mihi obuiam

Dari, vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens:

Satis mihi id habeã supplicii, dũ illos vlciscar modò.

Seni animam primum exstinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:

Hypotyposis

Tum autem || Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis.

Cum nutu, & gestu pro nunciand a

|| Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,

Vt cerebro dispergat viam:

Adolescenti ipsi oculos eriperem, post hæc præcipitem darem:

R. litera canina, iram indicat.

Ceteros||ruerẽ, agerẽ, agerẽ, tunderẽ, & prosternerẽ.

Sed cesso hoc malo heram impertiri properè? S. reuocemus. Geta. G. hem,

Præ iracundia vix tandem cognoscit heram.

Quisquis es," sine me. S. ego sum Sostrata. G. vbi ea est te ipsam quærito:

Te exspecto: oppidò opportunè te obtulisti mi obuiam

Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi Geta?

Interruptus sermo ob indignationẽ.

Animũ recipe. G. prorsũ. S. quid istuc prorsus ergo est? G.|| periimus:

Actũ est. S. eloquere obsecro, quid siet. GE. iam. SO. quid iam Geta?

G. Æschinus. S. quid ergo is? G. alienus est à nostra familia. SO hem,

Perii, quare? G. amare occepit aliã. S. væ miseræ mihi.

C. u Ne-

G.Neq; id occultè fert : à lenone ipsus eripuit palam.
*S.Satin' hoc certo? G. certè, hisce oculis egomet vidi Sostrata. S.*ah,*
Me miseram. quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Æschinum,
Nostram vitam omnium, || in quo nostræ spes, opesq; omnes sitæ erant,
Qui sine || hac iurabat se vnũ numquam victurũ diem,
Qui in suo gremio positurũ puerũ dicebat, patrẽ ita
Obsecraturum, vt liceret hanc vxorem ducere.
G.Hera, || lacrumas mitte, ac potius, quod ad hanc rem opus porrò est, prospice.
Patiamurne, an narremus cuipiam? C.au, au, mi homo, sanus es?
An hoc proferendum tibi vsquam esse videtur? G. mihi quidem non placet.
Iam primum, illum alieno animo à nobis esse, res ipsa indicat.
Nũc si hoc palã proferemus, ille inficias ibit, sat scio:
Tua, fama, & gnatæ vita in dubium veniet. tum si maximè
Fateatur, cùm amet aliam, nõ est vtile hanc illi dari.
||Quapropter quoquo pacto tacito est opus. S. ah minimè gentium:
Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. hem, mea Sostrata, vide quam rem agas.
S.Peiore res loco esse non potest, quàm in hoc, quo nunc sita est.
Primum indotata est: tum præterea, quæ secunda ei dos erat, (est,
Perijt pro virgine dari nuptũ nõ potest. hoc relliquom
Si inficias ibit, testis mecũ est annulus, quẽ amiserat.
Postremò, quando ego conscia mi sum, à me culpam hanc procul esse, nec

Argumentũ magni amoris

Aposiopesis amarè flētus.

Exaggeratio.

Oratoriè vehementius cœptum postremo posuit

||Frustra in metum coniecta mulierculæ, vt in fabula pusculum esset turbarum.

Getæ consilium.

Pretium, neque rem ullam intercessisse, illa cum me, indignam experiar Geta.

Prisc. istic legit,

C. Quid illi sui? concedo, ut melius dicas. S. tu, quantum potes, abi,

Atque Hegioni cognato huius rem omnem narrato ordine.

Simulus Sostratae maritus, pater puellae vitiatae ab Aeschino.

Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maximè.

GE. Nam hercle alius nemo respicit nos. SO. propera tu mea Canthara,

Curre, obstetricem accerse, ut, cùm opus sit, ne in mora nobis siet.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. Male est Demeae, quod filium Ctesiphonem audiuerit vi adfuisse, cùm eriperet mulierem Aeschinus.

Iambici senarii.

DEMEA.

Demea solus hoc secum

Disperii: Ctesiphonem audiui filium
Vna adfuisse in raptione cum Aeschino,
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicui usui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere.
Vbi ego illum quaeram? credo abductum in ganeum
Aliquò: persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum ire Syrum video: hinc sciboiam, ubi siet
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quaeritare, numquam dicet carnifex.
Non ostendam me id velle.

Demea astutia.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. Commendatur Ctesipho, vituperantur Sannio & Aeschinus: callidè utrumque Syrus facit. Demea autem narratione virtutum Ctesiphonis plurimum gaudet.

Eiusdem generis.

SYRVS, DEMEA.

ST.

SY. Omnem rem modò seni,
Quo pacto haberet, enarrámus ordine.
Nil quidquam vidi lætius. DE. pró Iupiter,
Hominis stultitiam. SY. collaudauit filium:
Mihi, qui dedissem consilium, egit gratias.
DE. Disrumpor. SY. argentum adnumerauit ilico:
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ:
Id distributum sanè est ex sententia. DE. hem.
Huic mandes, si quid rectè curatum velis.
SY. Hem Demea, haud adspexeram te. quid agitur?
DE. Quid agatur? vostram nequeo mirari satis
Rationem. SY. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Absurda. pisces ceteros purga Dromo:
Congrum istum maximum in aqua sinito ludere,
Paullisper: vbi ego venero, exossabitur:
Prius nolo. DE. hæccine flagitia? SY. mihi quidē non placent:
Et clamo sæpe. salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchrè. DE. dij vostram fidem:
Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum? væ misero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum. SY. ó Demea,
Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est,
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt,
Prospicere. DE. quid? istæc iam penes vos psaltria est?
SY. Ellam intus. DE. eho, an domi est habiturus? SY. credo, vt est
Dementia. DE. hæccine fieri flagitia? SY. inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. DE. fratris me quidem
Pudet, pigetque. SY. nimium inter vos Demea, ac
Non, quia ades præsens, dico hoc, pernimium interest.
Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille futilis, somnium. sineres verò illum tuum

Mire faceto & callido commento eluditur Demea, ne Ctesiphonis peccatum rescisceat.

Antiqui.

Macerare, mollire, scitè tritum. Columella macerandū dixit, & gemmas aceto macerari Plinius, & plerique alij.

Piget ob damna, & pudet ob turpia.

Senis vigilantia
||Prisci.lib.10
Vide Riuiū.

Facere hæc? DE. ||sinerē illū? aut nō sex totis mēsibus
Prius olfecissem, quàm ille quidquam ^x cœperit?
ST. Vigilantiam tuam tu mihi narras? DE. sic siet
Modò, vt nūc est. Sy. vt quisq; suum volt esse, ita est.
DE. Quid eum? vidistin hodie? Sy. tuum ne filium?
D. Abigam hinc rus. ST. iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
DE. Sati'scis ibi eum esse. Sy. oh, qui egomet produxi. DE. optumè est.
Metui, ne hæreret hic. Sy. atque iratum admodum.
DE. Quid autē? Sy. adortus iurgio fratrem apud forū

Laus filij diligentis.

De psaltria istac. D. ain' verò Sy. vah, ||nil reticuit:
Nam, vt numerabatur fortè argentum, interuenit
Homo de improuiso, cœpit clamare, Æschine
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere

In profuso gaudio lacrymæ erumpūt

Indigna genere nostro? De. oh, ||lacrumo gaudeo.
Sy. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
DE. Saluos sit: spero, est similis maiorū suūm. Sy. hui.
DE. Syre, præceptorum plenus istorum ille. Sy. phy,
Domi habuit, vnde disceret. DE. fit sedulò:
Nil prætermitto: consuefacio: denique
Inspicere tanquam in speculum, in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis sumere exemplum sibi.
Hoc facito. Sy. rectè sanè. DE. hoc fugito. Sy. callidè.
DE. Hoc laudi est. Sy. istæc res est. DE. hoc vitio datur.

Porro autē, in initio vlterioris orationis interrupta per Syrum.
Præcepta Demeæ, ad

Sy. Probissumè. DE. || porro autem. Sy. non hercle otium est
Nunc mihi auscultandi: pisces ex sententia
Nactus sum. hi mihi ne corrumpantur, cautio est:
Nam id nobis tam flagitium est, quàm illa Demea
Non facere vobis, quæ modo dixti: &, quod queo,
Conseruis ad eundem istunc ||præcipio modum.
Illoc salsum est, hoc adustū est, hoc lautū est parum:

Illud rectè, iterum sic memento: sedulò
Moneo, quæ possum pro mea sapientia:
Postremo, tanquam in speculum, in patinas, Demea,
Inspicere iubeo, & moneo quid facto vsu' sit.
Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:
|| Verùm quid facias? vt homo est, ita morem geras.
Nunquid vis? DE. mentem vobis meliorem dari.
Sy. Tu rus abis hinc? D rectè. Sy. nã quid tu hic agas,
Vbi, si quid bene præcipias, nemo obtemperat?
DE. || Ego verò hinc abeo, quando is, quamobrẽ huc venerám,
Rus abijt: illum curo vnum: ille ad me attinet:
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est: procul quem video? est'ne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, hercle is est,
Vah, homo amicu' nobis iam inde à puero. dij boni,
Næ illiusmodi iam magna nobis ciuium
Penuria est: antiqua homo virtute, ac fide.
Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publicè.
Quàm gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias
Restare video. vah, viuere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, vt salutem, & conloquar.

coquinaria vsque deludis

Gnathonica assentatio.

Causa discedendi, vt fabula confirmetur.

ACTVS III. SCENA V.

AR G. Hegio docet Sostratæ filiam inique ab Aeschino tractatam, ac tãdem vitiatam esse. Id factum nunc Demea narrat.

Eiusdem generis.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

HE. PRo dij immortales, facinus indignũ. Geta
Quid narras? GE. sic est factum. HE. ex illan' familia
Tam illiberale facinus esse ortum? ò Æschine
Pol haud paternum istuc dedisti. DE. videlicet
De psaltria hac audiuit id illi nunc dolet

Epitasis palam facit Aeschini peccatum.

Pater, Mitio scilicet.
|| Ciuilis, & matura comminatio.

Alieno. ||pater is nihil pendit: hei mihi,
Vtinam hic prope adesset alicubi, atque audiret hæc.
HE. ||Nisi facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
GE. In te spes omnis Hegio nobis sita est:
Te solum habemus: tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit senex.
Si deseris tu, periimus. HE. caue dixeris:
Nec faciam, neque me satis piè posse arbitror.
DE. Adibo. saluere Hegionem plurimum
Iubeo. HE. te quærebam ipsum, salue Demea.
DE. Quid autem? HE. maior filius tuus Æschinus,

Artificiosa expostulatio

Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni,
Neque liberalis functus officium viri est.
DE. Quid istuc? HE. nostrum amicum noras Simulum, atque
Æqualem. DE. quidni? HE. filiam eius virginem
Vitiauit. DE. hem. HE. mane, nondum audisti Demea
Quod est grauissimum. DE. an quidquam est etiam amplius?

Collatione amplificat.
Narratio.

HE. || Verò amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo est.
|| Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia:
Humanum est. vbi scit factum, ad matrem virginis
Venit ipsus vltro, lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, iurans se illam ducturum domum.

Id est, vitio.
Conclusio accusationis per ironiam

Ignotum est, tacitum est, creditum est. virgo ex eo
||Compressu grauida facta est. mensis hic decimus est.
*Ille bonus vir nobis psaltriam, si dijs placet,
Parauit, quicum viuat, illam deserat.
DE. Pro certon' tu istæc dicis? HE. mater virginis

Cæsar, vt captus, vt Germanorũ
Tusc. 2. vt

In medio est, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta
Præterea, ||vt captus est seruulorum, non malus,
Neque iners, alit illas, solus omnem familiam
Sustentat, hunc abduce, vinci: quære rem.

G. Immò

G. Immo hercle extorque, nisi ita factũ est Demea:
Postremo non negabit. coram ipsum cedo.
LE. Pudet: nec, quid agam, neque quid huic respondeam,
Scio. PAM. miseram me, differor doloribus.
||Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. HE. hem.
Numnam illa quaeso parturit? G. certe Hegio. HE. hé.
Illaec fidem nunc vostram implorat Demea:
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Haec primum vt fiant, deos quaeso, vt || vobis decet.
Sin aliter animus voster est, ego Demea
Summa vi defendam hanc, atque illum mortuum.
[1]Cognatus mihi erat: vna a pueris paruoli
Sumus educti: vna semper militia, & domi
Fuimus: paupertatem vna pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
||Animam relinquam potius, quam illas deseram.
Quid mihi respondes? DE. fratrem conueniam Hegio.
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
HE. Sed Demea hoc tu facito cum animo cogites,
Quam vos facillime agitis, quam estis maxime
Potentes, dites, fortunati, nobiles,
Tam maxume vos aequo animo aequa noscere
Oportet, ||si vos vultis perhiberi probos.
DE. Redito: fient, quae fieri aequum est, omnia.
HE. Decet te facere. Geta duc me intro ad Sostratã.
DE. Non me||indicẽte haec fiunt: vtinam hoc sit modo
Defunctum: verum nimia illaec licentia
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
||Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum haec euomam.

ACTVS III. SCENA VI.

ARG. Hegio Sostratam cõsolatur & dilemmate consilium suum concludit.

Senarii iambici.

HEGIO.

captum est hominum

Pamphila parturiendo haec dicit.

Argumentũ a coniecturis

Graeco more Sic Act. 5. Sc. 8. infra, ita vobis decet.

||Causam reddit cur aduersarius futurus sit.

Incrementũ

Persuasio á laude probitatis.

Hoc est, non dicente.

* Nimis dura cõpositio est sed apta irascenti.

Epiphonema

HEGIO.

HE. BOno animo facsis Sostrata, & istam, quod potes,
Fac consolere. ego Mitionem, si apud forum est,
Conueniam, atque, vt res gesta est, narrabo ordine.
Si est, vt facturus officium siet suum,
Faciam. sin aliter de hac re eius sententia est:
Respondeat mi, vt, quid agam, quamprimũ sciam.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. Probi adolescentis ingenium, moresque hac scena exprimuntur. Syrus Ctesiphonem instituit, quemadmodum respondere debeat patri. Initio scenę ostendit non rarò contingere, vt filij optent parentum absentiam, siquando solutius viuere, & genio indulgere statuerint.

Iambici octonarij, & vnus quaternarius.

CTESIPHO, SYRVS.

Hic compendio ostenditur, lqui sit iam.oca turus.

CT. AIn patrem hinc abijsse rus? Sy. iam dudum. CT. dic sodes. Sy. apud
Villam est. nunc eum maxumè operis aliquid facere credo. CT. vtinam quidem,
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo è lecto prorsus nequeat surgere.
SY. Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius. CT. ita, nam hunc diem
Miserè nimis perpetuũ, vt cœpi, cupio in lætitia degere:
Et illud rus nulla alia caussa tam malè odi, nisi quia
Propè est: quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset illic, quàm huc reuorti posset iterum.
Nunc, vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio:
Rogabit me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non vidi

Asseueratio Comica

Solicitudinem paternam notat

li die. *Bonus adolescens mentiri nescit, nec vult.*

Quid dicam? ST. nihil ne in mente est: CT. numquam quidquam. ST. tanto nequior.

Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? CT. sunt: quid postea:

ST. Hisce opera vt data sit. CT. quæ non data sit: non potest fieri. ST. potest.

CE. Interdiu: sed si hic pernocto, caussæ quid dicam Syre:

ST. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari.

Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo.

||Cum feruit maxume, tam placidum, quàm ouem, reddo. CT. quo modo: *Hyperbole.*

ST. Laudarier te audit libēter: facio te apud illū deū:

Virtutes narro. CT. meas: ST. tuas. homini illico lacrumæ cadunt,

Quasi puero, gaudio. hem tibi autem. CT. quidnam est: ST. ||lupus in fabula. *Silentij prouerbium.*

CT. Paterne est: ST. ipsus. CT. Syre quid agimus? ST. fuge modò intro: ego videro.

CT. Si quid rogabit, ||nusquam tu me: audistin? ST. potin' vt desinas: *Eclipsis properanti apta*

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Queritur Demea, quòd fratrem non repererit. idem à Syro deluditur, locum in quo sit frater, bifariam describente.

Trochaici octonarij.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

DE. NÆ ego homo sum infelix. primum fratrem nusquam inuenio gentium:

Præterea autem, dū illum quæro, a villa mercenarium

Vidi: is filium negat esse ruri: nec, quid agam, scio.

C. Syre. quid ais: C. men' quærit? S. verum. C. perij.

S. quin

Ridicula querela senis.

S. quin tu animo bono es.

D. || Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere:
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis.

Obnuntiantur mala, annuntiantur bona.

Primus sentio mala nostra: primus rescisco omnia:
Primus porrò obnuntio: ægrè solus, si quid fit, fero.
S. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.
D. Nunc redeo: si fortè frater redierit, viso. C. Syre
Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. S. etiam taces?

Diffidentia Ctesiphonis ex pavore.

Ego cavebo. C. || nunquam hercle hodie ego istuc cōmittam tibi.
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est.
S. Age, tamen ego hunc amovebo. D. sed eccum sceleratum Syrum.

Illuditur Demea, ne deprehēdat Ctesiphonem.

S. || Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.
Scire equidem volo, quot mihi sint domini. quæ hæc est miseria? D. quid?

Dittologia nam De. bonum virū intelligit sed ironicè, qui sit in rebus, Sir. infelicē & infortunatum.

Ille gannit? quid volt? quid ais* bone vir? est frater domi?
* Quid, malum, bone vir mihi narras? equidem perij. D. quid tibi est?
S. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam

|| Versuta Siri fictio, qui senem eludit.

|| Callida inventio.

Vsque occidit. D. hem, quid narras? S. hem, vide ut discidit labrum.
D. Quamobrem? S. me impulsore hanc emptam esse ait. D. non tu eum rus hinc modo
Produxe aibas? S. || factum: verum post venit insaniens:
Nil pepercit. non puduisse verberare hominem senem,
Quem ego modo, puerum tantillum in manibus gestavi meis?
D. Laudo Ctesipho: patrissas: abi, virum te iudico.

S.Lau-

S. Laudarin' ille continebit posthac, si sapiet, manus.
D. Fortiter. S. || perquam, quia miserā mulierē & me servulum,
Qui referire non audebam, vicit, || hui, perfortiter.
D. Non potuit melius: idem sentit quod ego, te esse huic rei caput.
Sed est'ne frater intus? S. non est. D. ubi illum inqueram cogito.
S. || Scio ubi sit, verum hodie nunquam monstrabo. D. hem quid ais? S. ita.
D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen nescio
Illius hominis, sed locū novi ubi sit. D. dic ergo locum.
S. Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum? D. quidni noverim?
S. || Praeterito hac recta platea sursum: ubi eò veneris,
Clivus deorsum vorsum est, hac te praecipitato: postea
Est ad hanc manū sacellum: ibi angiportum propter est.
D. Quonam? S. illic, ubi etiam caprificus magna est: nostin'? D. novi. S. hac pergito.
D. Id quidem angiportum nō est pervium. S. verum hercle. vah,
|| Censen' hominem me esse? erravi, in porticum rursum redi.
Sanè hac multo propius ibis, & minor est erratio.
|| Scin' Cratini huius ditis aedes? D. scio. S. ubi eas praeterieris,
Ad sinistram hac recta platea ubi ad Dianae veneris,
Ito ad dextram prius, quam ad portam venias, apud ipsum lacum
Est pistrilla, & exadvorsum est fabrica, ibi est. D. quid ibi facit?
S. Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit,
Ubi potetis vos. D. || sanè bene, sed cesso ad eum pergere?

Ironia.

Hui. cum gestu servili pronunciandum.

|| Hoc dicit, ut avidius investiget.

Perplexa descriptio

Callidè mēdacium simulando errorē pellit.

|| Alia loci descriptio.

pergere?

gere?

S. I sane: ego te exercebo hodie, vt dign⁹ es, silicerniũ.
Æschinus odiose cessat: prandium corrumpitur:
Ctesipho autem in amore est totus, ego iam prospiciam mihi:
Nam iam adibo, atque vnum quodque, quod quidem erit bellissimum,
Carpam, &, cyathos sorbillans, paullatim hunc producam diem.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. Rogat Mitionem Hegio, vt Sostratam adeat, narraturus illi suspicionē alienati à Pāphila AEschini, ortam esse propter ereptam Ctesiphoni psaltriam.

Iambici octonarij.

MITIO, HEGIO.

Viam sternit ad catastrophen.
*Officium boni viri.
||Iniuriosorum mos.

M. EGo in hac re nihil reperio, quā ob rem lauder tantopere Hegio.
*Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum est, corrigo:
||Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero, qui ita putant
Sibi fieri iniuriā, vltro si quā fecere ipsi, expostulāt,
Et vltro accusant: id quia non est à me factum, agis gratias?
H. Ah, minimè: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum.

Succinctim de re loquitur, eò quòd ambo intelligebant.

||Sed quæso, vt vnà mecū ad matrē virginis eas Mitio,
Atque istæc eadem, quæ mihi dixti, tute dicas mulieri.
Suspicionem hanc propter fratrem eius esse, & illam psaltriam.
M. Si ita æquom censes, aut si ita opus est facto, eamus. H. bene facis:
Nā & illi animū iā releuabis, quæ dolore, ac miseria Tabescit:

Tabescit: & tuo officio fueris functus. Sed si aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti. M. immò ego ibo. H. bene facis:
Omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quo modo
Suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis:
Propter suam impotentiã, se semper credũt negligi.
Quapropter te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est.
M. Et rectè, & verum dicis. H. sequere me ergo hàc intrò. M. maxumè.

Omnes infortunati maxime suspiciosi.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Dolet vehementer Aeschinus in suspicionem venisse se apud Sostratam & Pamphilã, quòd amare psaltriam cœperit, quam nõ sibi, sed fratri vt gratum faceret, ab lenone eripuerat.

Trochaici & iambici octonarij: Trochaicus vnus, quaternarius abundans syllaba.

AESCHINVS.

AE. Discrucior animi. hoccine de improuiso mali mihi obijci
Tantum, vt neque quid de me faciam, neque quid agam, certum siet?
Membra metu debilia sunt: animus timore obstupuit: pectore
Consistere nihil consilij quit. Vah quo modo
Me ex hac turba expediam tanta? nunc suspicio de me incidit,
Neque ea immeritò. Sostrata credit, mihi me emisse hanc psaltriam:
Anus indicium id fecit mihi.
Nam vt hinc forte ea ad obstetricem missa erat, vbi

Hæc verba repentino nũcio Aeschini animum perculsum indicant.

Caussa stuporis Aeschini.

Amatoria interrogationes de amica.

eam vidi, illico

||Accedo, rogito, Pãphila quid agat, iã partus adsiet:

Eõne obstetricẽ accersat. illa exclamat, abi, abi, iam Æschine

Satis diu verba dedisti: satis adhuc tua nos frustrata est fides.

Sic in Andr Valeant, qui inter nos etc.

Hem, quid istuc obsecro inquam est? || valeas, habeas illam quæ placet.

Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,

Ne quid de fratre garrulæ illi dicerẽ, ac fieret palam.

Nunc quid faciam? dicam ne fratris esse hanc? quod minimè est opus

Vsquam efferri. age, omitto: fieri potis est, vti ne quà exeat.

Ipsum id metuo vti credãt: tot cõcurrũt verisimilia:

Egomet rapui: ipse egomet solui argentum: ad me abducta est domum.

Hæc adeo mea culpa fateor fieri. non me hanc rem patri, vt vt

Erat gesta, indicasse: exorassem vt eã ducerẽ domum.

Inhortatur seipsum.

Cessatum est vsque adhuc. || Nunc iam porrò Æschine expergiscere:

Nunc hoc primum est: ad illas ibo, vt purgem me: accedam ad fores:

Perij, horresco semper, vbi pultare hasce occipio fores miser.

Heus, heus: Æschinus ego sum, aperite aliquis actutum ostium.

Prodit nescio quis, concedam huc.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. Mirè faceto commento nouum incutit Aeschino metũ pater, ostendens alij viro nupturam Pamphilam: Tandem amoto ludo agere serio incipiens, filii animũ gaudio explet, futurum

turũ promittens; vt illam ipse ducat vxorem.

Trochaici octonarii, Iambici senarii & octonarii.

MITIO, AESCHINVS.

M. ITa vti dixi, Sostrata
Facite: ego Æschinum cõueniam, vt, quo modo acta hæc sint, sciat.
Sed quis ostium hoc pultauit? AE. pater hercle est: perij. M. Æschine.
AE. Quid huic hic negoti est? M. tu ne has pepulisti fores? tacet.
Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est:
Quãdoquidẽ hoc numquã mihi ipse voluit credere.
Nil mihi respõdes? AE. non equidẽ istas, quod sciam.
M. Ita? nam mirabar quid hic negoti esset tibi.
Erubuit: salua res est. AE. dic sodes pater,
Tibi vero quid istic est rei? M. nihil mihi quidem.
Amicus quidam me a foro abduxit modo
Huc aduocatum sibi. AE. quid? M. ego dicam tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Opinor eas nosse te, & certe scio:
Neque enim diu huc commigrârunt. AE. quid tum postea?
M. Virgo est cum matre. AE. perge. M. hæc virgo orba est patre:
Hic meus amicus illi genere est proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. AE. perij. M. quid est?
AE. Nil. recte. perge. M. is venit, vt secum auehat:
Nam habitat Mileti. AE. hem. virginem vt secum auehat?
M. Sic est. AE. Miletum vsque obsecro? M. ita. AE. animo male est.
Quid ipsæ? quid aiunt? M. quid istas censes? nihil enim

Catastrophe cœpta est, sed eam priusquam absoluat, mirè faceto commento nouũ metum Aeschino incutit pater. quod tamen quia non habet seriam querelam breuiter tractat, & sine Tragicis schematibus. Ecl psis. Incipit figmentum vero admissum. Cũ abiectione pronuntiandum, vt nuptiarum spem adimat. Eclipsis.

Tangit Aeschinum.

Commenta mater est, esse il ex alio viro
Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:
Priorem esse illum, non oportere huic dari.
AE. Eho non ne hæc iusta tibi videntur postea?
M. Non. AE. obsecro non? an illã hinc abducet pater?
M. Quid ni illam abducat? AE. factũ à vobis duriter,
Adverbium multarum syllabarum indignationi aptum
||Immisericorditerq;, atque etiam, si est pater
Dicendum magis aperte, inliberaliter.
M. Quã ob rẽ? AE. rogas me? quid illi tãdem creditis
Fore animi misero, qui illi consuevit prius,
(Qui infelix, haud scio, an illam misere nunc amat)
Servius legit præsentẽ.
Cum hanc sibi videbit præsens||præsenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
Clam hic pater obiurgatur, quod fuerit conscius.
M. * Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui, quando nupsit? auctor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? AE. an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hic
Illinc veniret exspectantem:|| hæc mi pater
Amatoriẽ & pueriliter.
Te dicere æquom fuit, & id defendere.
M. Ridicule, adversumne illum caussam dicerem,
Cui veneram advocatus? sed quid Æschine
Hæc ultima desperatio cogit Aeschinum fateri verum
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?
Quid lacrumas? AE. pater obsecro, ausculta. M.|| Æschine audivi omnia,
Et scio: nã amo te, quo magis, quæ agis, curæ sũt mihi.
AE. Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater,
Ut me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet,
Amica & lenis obiurgatio ex arte, à loco, à facto.
Et me tui pudet. M.|| credo hercle: nam ingenium novi tuum
Liberale: sed vereor ne indiligens nimium sies.
In qua civitate tandem te arbitrare vivere?
Virginem vitiasti, quam te ius non fuerat tangere.

Iam

Iam id peccatum primum magnum, || at humanum tamen.
Fecere alij sæpe, item boni. at postquã euenit, cedo,
Num quid circumspexti? aut numquid tute prospexti tibi,
Quid fieret? quà fieret? si te ipsum mihi puduit dicere:
Qua resciscerem? ibæc dũ dubitas, mẽses abierũt decẽ.
Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, || quod quidem in te fuit.
Quid? credebas, dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et sine tua opera illam in cubiculũ iri deductã domũ?
Nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces vxorem hanc. AE. hem. MI. bono animo es, inquam. AE. || pater
Obsecro num ludis tu nunc me? MI. ego te? quamobrem? AE. nescio.
|| Nisi, quia tam miserè hoc esse cupio verum, eò vereor magis.
MI. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accersas: abi.
AE. Quid? iam'ne vxorem? MI. iam. AE. iã? MI. iã quantum potes. AE. || di me, pater,
Omnes oderint, ni magis te, quam oculos nunc amo meos.
MI. Quid? quã illam? AE. æquè. MI. perbenignè. AE. || quid? ille vbi est Milesius?
MI. Abijt, perijt, nauem ascendit: sed cur cessas? AE. abi pater:
|| Tu potius deos comprecare: nã tibi eos certò scio,
Quo vir melior multo es, quam ego sum, obtemperaturos magis.
MI. Ego eo intrò, vt, quæ opu'sunt, parentur: fac tu, vt dixi, si sapis.

Terent. summa arte inducit Mitionem leniter accusantem, Demea esse rè blandientem.

Cic. pro Flacco. Nomen ciuium Romanorum quantum in ipsis fuit, sustulerunt.

Mitis & faceta obiurgatio.

Timor ex cupiditate.

Blanditur patri.

Adhuc aliquantum formidat.

Nam peccatores deus nõ exaudit.

Epiphonema paternæ liberalitatis exaggeratio. Bona in longis adolescẽs

AE.|| *Quid hoc negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse?*
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
|| *Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est? hem,*
Itaq; adeo magnā mi iniecit sua cōmoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit. sciens cauebo.
Sed cesso ire intrò, ne mora meis nuptijs egomet sim?

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. Demea ambulando fatigatus, de Syro queritur, quòd nō apertè satis commonstrauerit locum, vbi frater esset Mitio.

Iambici senarii.

DEMEA.

Anhelans solus hæc secum loquitur. || Aptum seni verbum.

D|| *Efessus sum ambulando, vt Syre te cum tua Monstratione magnus perdat Iupiter.*
|| *Perreptaui vsq; omne oppidū ad portam, ad lacum,*
Quò non? neq; fabrica vlla erat, neq; fratrem homo
Vidisse aiebat quisquam. nunc verò domi
Certum obsidere est vsque, donec redierit.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARG. Demea de vitio virgini oblato, & nuptiis resciscitis fingitur iam tumultuari, sed posteà placatur.

Eiusdem generis.

MITIO, DEMEA.

Demea de nuptijs resciscit. Is fingitur tumultuari, verùm posteà placabitur. || Ironia.

MI. *IBo, illis dicam nullam esse in nobis moram.*
DE. *Sed eccum ipsum. te iam dudū quæro Mitio.*
MI. Quid iam? DE. fero alia flagitia ad te ingentia
|| *Boni illius adolescentis. MI. ecce autem. DE. noua,*
Capitalia. MI. ohe, iā. DE. nescis qui vir sit. MI. scio.
DE. Ah stulte, tu de psaltria me somnias
Agere? hoc peccatū est in virginem ciuem. MI. scio.
DE. Eho, scis, & patere? MI. quid ni patiar? D. dic

mihi,

mihi,
Non clam us?non ipsa is?MI.non.malim quidem.
DE.Puer natus est.M.dij bene vortant.D.virgo nihil
habet.
MI.Audivi. DE.& ducenda indotata est? MI.scilicet.
DE.Quid nunc futurum est?M.id enim,quod res ipsa
fert:
Illinc huc transferetur virgo.D.ô Iupiter.
Istoccine pacto oportet?MI.quid faciam amplius?
DE.Quid facias,rogitas?si non re ipsa tibi dolet,
Simulare certè est hominis.MI.quin iam virginem
Despondi: res composita est:fiunt nuptiæ:
Dempsi metum omnem: hæc magis sunt hominis.DE.
ceterum
Placet tibi factum Mitio?MI.non,si queam
Mutare:nunc,cùm non queo,æquo animo fero.
Ita vita est hominum,quasi,cùm ludas tesseris:
Si illud,quod est maximè opus,iactu non cadit,
Illud,quod cecidit forte,arte ut corrigas.
DE.||Correctior nempe tua arte viginti minæ — *Indignationem indicat*
Pro psaltria periere. quæ,quantum potest,
Aliquò abijcienda est,si non pretio,at gratijs.
MI.||Neque est,neque illam sanè studeo vendere. — *Non vult Ctesiphonem prodere.*
D.Quid igitur facies?M.domi erit.D.pro divûm fidem,
Meretrix,& mater familias una in domo?
MI. Cur non? DE.sanúmne te credis esse?MI.equi-
dem arbitror.
DE.Ita me dij ament,ut video ego tuam ineptiam,
Facturum credo,ut habeas||quicum cantites. — *Id est,cum qua.*
MI.Cur non?DE.& noua nupta eadem hæc discet?
MI.scilicet.
DE.Tu inter eas||restim ductans saltabis.MI.probè: — *Attende locum reconditum.*
Et tu nobiscum una,si opus sit.DE.hei mihi,

Non te hæc pudent? MI. iam verò omitte Demea
Tuam istanc iracundiam, atque ita, uti decet,
Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptijs.
Ego hos conueniam, post huc redeo. DE. ||ô Iupiter,
Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote veniet: intus psaltria est:
Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senex delirans: ipsa, si cupiat, Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

Exclamatio in vitam & mores.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. Seruulorum licentiam in hac scena Terentius ostendit. Exit egregiè potus Syrus multùm exultans, lautè se, ac opiparè cenatum esse: hunc Demea ob temulentiam impetit, & obiurgat.

Eiusdem generis.

SYRVS, DEMEA.

ST. ||Edepol Syrisce te curasti molliter,
Lauteque munus administrasti tuum:
Abi. sed postquam intus sum omnium rerum satur,
||Prodeambulare huc libitum est. DE. illud sis vide
Exemplum disciplinæ. ST. ecce autē hic adest senex
Noster. quid fit? quid tu es tristis? DE. ohe scelus.
ST. Eho iam tu verba fundis hic, sapientia?
DE. ||Tun' si meus esses. ST. dis quidē esses Demea,
Ac tuam rem constabilisses. DE. exemplū omnibus,
Curarem, vt esses. S. quamobrē? quid feci? DE. rogas?
||In ipsa turba, atque in peccato maxumo,
Quod vix sedatum satis est, potasti scelus,
Quasi re bene gesta. ST. sane nollem huc exitum.

Syrus ebrius Syriscum se nominat. Tarditatem mollitiē, & delicias indicat. Aposiopesis minantis. Importunus Demea pomposis verbis cum ebrio litigat.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. Exitu parasiti cuiuspiam Ctesipho Demeæ proditur.

Eiusdem generis.

DRO-

DROMO, SYRVS, DEMEA.

DR. Heus Syre: rogat te Ctesipho vt redeas. ST. abi.
DE. Quid Ctesiphonem hic narrat? Sy. nihil. DE. eho carnifex,
Est Ctesipho intus? ST. non est. DE. cur hic nominat?
ST. Est alius quidam parasitaster paruolus,
Nostin'? DE. iam scibo. ST. quid agis? quo abis? DE. mitte me.
ST. Noli inquam. DE. non manum abstines mastigia?
An tibi mauis cerebrum dispergi hic? ST. abyt.
Ædepol comessatorem haud sane commodum,
Præsertim Ctesiphoni. quid ego nunc agam?
Nisi, dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeã, atque edormiscam hoc villi. sic agam.

Resciscit Ctesiphonis, pe catũ. Ea extrema pars est epitaseos. Hoc dicens baculo minatur.

Id est, dormiendo exhalem.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. Cognito Ctesiphonis amore Demea exclamat, & Mitionem iurgio adoritur, vt liberorum corruptelam: per quem placatur tandem & AEschino, & Ctesiphoni.

Eiusdem generis.

MITIO, DEMEA.

MI. Parata a nobis sunt, vt dixi, Sostrata,
Vbi vis. quisnã a me pepulit tã grauiter fores?
DE. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamẽ, aut querar?
O cælum, ò terra, ò maria Neptuni. M. hem tibi,
Resciuit omnem rem: id nunc clamat: illicet,
Paratæ lites: succurrendum est. DE. eccum adest
Communis corruptela nostrum liberũm.
MI. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
DE. Repressi, redij, mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus. dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum,

Placatur Demea, cum Aeschino, tũ Ctesiphoni

Miro labore poeta decorũ personarum obseruauit

Demeæ perspicax ratiocinatio.

Crimen. Ne'ue ego tuum n. responde. MI.|| factum est, nō nego.
DE.||Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Confutatio. Cur emis amicam Mitio? nam qui minus
Mihi idem ius aequom est esse, quod mecum est tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
MI. Non aequom dicis, non: nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.
Auaritiā Demea notat. DE. Facetè: nunc demum istaec nata oratio est.
MI.|| Ausculta paucis, nisi molestum est, Demea.
Principio, si id te mordet, sumptum filij
Quem faciunt, quaeso facito haec tecum cogites.
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quòd satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturum: eandem illam rationem antiquā obtine:
Conserua, quaere, parce, fac quamplurimum
Mitionis liberalitas. Illis relinquas: gloriam tu istam obtine:
||Mea, quae praeter spem euenere, vtantur sine.
De summa nihil decedet: quod hinc accesserit,
Ab vtili & honesto. ||Id de lucro putato esse. omnia si haec voles
In animo verè cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.
*Eclipsis. *Moralis & blanda correptio.* *DE. Mitto rem consuetudine ipsorum. M.|| mane:
Scio: istuc ibam. multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facilè fit,
Duo cùm idem faciunt, saepe vt possis dicere,
Hoc licet impunè facere huic, illi non licet:
Magna de filijs spes. Non quòd dissimilis res sit, sed quòd, qui facit:
Quae ego esse in illis video: vt confidam fore ita,
||Laus filiorum à virtutibus. Vt volumus ||video eos sapere, intelligere, in loco
Vereri, inter se amare: scire est liberum
Ingenium, atque animum: quouis illos tu die
||Oratoriè obijcit. Reducas.||at enim metuas, ne ab re sint tamen

Omis-

Omissiores paulo. ô noster Demea,
Ad omnia alia ætate sapimus rectius:
Solum unũ hoc vitium adfert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est:
Quod illos sat ætas || acuet. DE. ne nimium modo — *Id est docebit, metaphoricos à cote*
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,
Et tuus iste animus æquus subuortat. MI. tace,
Non fiet. mitte iam istæc: da te hodie mihi.
|| Exporge frontem. DE. scilicet, ita tempus fert, — *Mirus ornatus contractæ ad seueritatem frontis cũ gestu explicandus.*
Faciundum est. ceterum rus cras cum filio
Cum primo lucu. MI. imò de nocte censeo:
Hodie modò hilarum fac te. DE. & istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham. MI. pugnaueris.
Eo prorsus pacto illic alligaris filium.
Modò facito, vt illã serues. DE. ego istuc videro: atq; — *|| Agrestis, et aspera compositio ex arte.*
|| Illi fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo, & molendo: præter hæc,
Meridie ipso, faciam, vt stipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo est. MI. placet. — *Illi pro illic.*
Nunc mihi videre sapere. atque equidem filium,
Tum etiam si nolit, cogas, cum illa vna cubet.
DE. Derides? fortunatus, qui isto animo sies.
|| Ego sentio. MI. ah pergisne? DE. iam iam desino. — *Aposiopesis.*
MI. I ergo intro, &, cui opus rei est, hilarem hunc sumamus diem.

ACTVS V. SCNEA IIII.

ARG. Demea cùm videat non probari vulgò seueritaté in liberos, diuersam institutionis viam meditatur. in qua persona Terentius indicat mitioribus se fauere patribus, sæculi sui moribus hoc magis concedens, quàm quòd ita faciundum esse existimet.

Trochaici octonarii.

	DEMEA.
Vt appareat placari Demeam, res in personas spargitur, adeoq́; ipse producitur solus in scenam. Exordium à gnome traductũ est, sequitur deinde narratio.	NVmquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui, Aliquid moneat, vt illa, quæ te scire credas, nescias, Et, quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Quod mi euenit nunc? nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc, Prope iam excurso spatio mitto: id quamobrem? re ipsa repperi Facilitate nihil homini esse melius, neque clemẽtia. id Esse verum, ex me, atque ex fratre cuiuis facile est noscere.
Mitionis descriptio.	Vitam ille suam semper egit in otio, in conuiuijs: Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus: Sibi vixit: sibi sumptum fecit: omnes bene dicunt, amant.
Demeæ descriptio	Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax, Duxi vxorem: quam ibi miseriam vidi? nati filij, Alia cura: porro autem, illis dum studeo vt quamplurimum
Collatio duorum senum.	Facerem, contriui in quærundo vitam, atque ætatem meam: Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab ijs fero, Odium. ille alter sine labore patria potitur cõmoda: Illum amant, me fugitant: illi credũt cõsilia omnia: Illum diligunt: apud illũ sunt ambo, ego desertu' sum: Illum, vt viuat, optant, meam autem mortem exspectant scilicet:
Locus à contrarijs.	Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit suos Paullo sumptu: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia. (sem
Contentio, color rhetori-	Age age, nũc experiamur cõtra hæc ecquid ego pos-

Blandè

Blandè dicere, aut benignè facere, quando eò prouocat.
Ego quoq; à meis me amari, & magni pendi postulo.
Si id fit dando, atq; obsequendo, nō posteriores ferā.
Deerit [illegible] mea minimè refert, qui sum natu maxumus.

cus hic est.
*His verbis conciliatur beneuolentia.
Redit ad ingenium Demea.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. Demea absurdè contra ingeniū suū blandus esse conatur.

Iambici senarii.

S. HEus Demea, rogat frater, ne abeas longius.
D. Quis homo? ô Syre noster, salue, quid fit? quid agitur?
S. Rectè. D. Optumè est. iam nunc hæc tria primum addidi
Præter naturam ô noster, quid fit? quid agitur?
Seruom haud inliberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre
Hoc verum est, & ipsa re experiere propediem.

Demea noua, & simulata comitas spargitur in personas.
[a] Rustica bladimenta

ACTVS V. SCENA VI.

ARG. Pergit esse cōmodus Demea vt instituerat.

Eiusdem generis.

GETA, DEMEA.

G. HEra, ego hinc ad hos prouisam, quàm mox virginem
Accersant. sed eccum Demeam. saluos sies.
D. Oh, qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominem maxumi
Pretij esse hodie te indicaui animo meo:
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est, ita vt tibi sensi Geta:
Et tibi ob eam rem, si quid vsus venerit,
Lubens bene faxim. meditor esse affabilis,

Metaphora ab ambitiosis candidatis.

Et bene procedit. G. bonus es, cum haec existumas.
D. Paulatim||plebem primulum facio meam.

ACTVS V. SCENA VII.

ARG. Nuptiarum mora offenditur AEschinus. Hunc Demea blandè alloquitur: & maceriam dirui iubet, quà puerperam traducat.

Eiusdem generis.

AESCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

Amantis affectus exprimitur.

AE. Occidunt me, qui dum nimi' sanctas nuptias
Student facere, in apparando consumunt diem.

Hoc comicum est.

D.||Quid agitur AEschine? AE. hem pater mi, tu hic eras?
D. Tuus hercle vero & animo, et natura pater,
Qui te amat plus quam oculos hosce: sed cur nō domū

Omnia de ritu nuptiarum.

Vxorem accersis? AE.||cupio: verum hoc mihi mora est,
Tibicina, & hymenaeum qui cantent. D. eho,
Vin' tu huic seni auscultare? AE. quid? D. missa haec face,

Donatus, turbas. Prodigus ex auaro.

Hymenaeum,* turbam, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum potest, hac transfer, vnam fac domum:
Traduc & matrē, & familiā omnē ad nos. AE. placet

Vide senis ingeniū non enim potest se dissimulare. iuxta prouerbiū: Naturam expellas furca, tamen vsque recurret.

Pater lepidissime. D.||euge, iam lepidus vocor.
Fratri aedes fient peruiae: turbam domum
Adducet, sumptum admittet. multa: quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam: iube nunc iam
Dinumeret illi Babylo viginti minas.
Syre, cessas ire, ac facere? S. quid ago? D. dirue:
Tu, illas, abi, & traduce. G. dy tibi Demea
Bene faxint, cum te video nostrae familiae
Tam ex animo factum velle. D. dignos arbitror.
Tu quid ais? AE. sic opinor. D. multo rectius est,

Quàm

Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Ægrotam. AE. nihil enim vidi melius, mi pater.
D. ||Sic soleo. sed eccum Mitio egreditur foras. Captiosè & fictè.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARG. Mitioni suadetur, vt vxorē ducat Sostratam: ac vix tandem persuadetur. Et non sine risu spectantum Demea præter naturam facilis esse studet.

Iambici senarii & octonarii.

MITIO, DEMEA, AESCHINVS.

MI. ||Vbet frater? vbi is est? tu iubes hoc Demea? Iubet frater, scilicet pariter.
D. Ego verò iubeo, & in hac re, & alijs omnibus
Quammaxumè vnam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. AE. ita quæso pater.
M. Haud aliter censeo. D. ||immò hercle ita nobis decet. Insinuatio oratoria latentis persuasionis
Primum huius vxoris est mater. M. est: quid postea?
D. Proba, & modesta. M. ita aiunt. D. natu grandior.
M. Scio. D. parere iam diu hæc per annos non potest:
Nec, qui eam respiciat, quisquam est: sola est. M. ||quam hic rem agit? Noua turba in qua mirè declarat facilitatem suam Mitio.
D. Hanc te æquō est ducere, & te operā, vt fiat, dare,
M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam. M. ineptis. D. si tu sis homo,
Hic faciat. AE. mi pater. M. quid tu asine huic auscultas? D. nihil agis.
Fieri aliter non potest. M. deliras. AE. sine te exorem mi pater.
M. Insanis: aufer te. D. age, da veniam filio. M. satis sanus es?
Ego nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo

Fiam,

Fiam, atque anum decrepitam ducam? id ne estis auctores mihi? (giter puer.

AE. Fac: promisi ego illis. M. promisti autē? de te lar-

D. Age, quid, si quid te maius oret? M. quasi non hoc sit maximum.

D. Age, da veniam. AE. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittis. AE. non, (Mitio.

benigne sic Eu sc. vlt. neque prolixius.

Nisi exorem. M. vis hac quidē est. D. age, age, *prol xi

M. Etsi hoc mihi prauom, ineptum, absurdum, atq; alienum a vita mea (cu

Videtur, si vos tātopere istuc voltis, fiat. AE. benefa.

Meritò te amo. D. verum quid quid ego dicam? *hoc confit quod volo.

Sic interpres in Andria legit, || legionis commēdatio à persona

Quid nunc quod restat? || Hegio cognatus his est proxumus,

Affinis nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.

M. Quid facere? D. agelli hic est sub vrbe paullum, quod locitas foras:

Huic demus, qui fruatur. M. paullum id autem? D. si multum, tamen

Faciundum est: pro patre huic est, bonus est, noster est recte datur.

Facti necessitatem indicat.

Postremò nō meū illud verbum facio, quod tu Mitio

Bene, & sapienter dixti dudum: vitium commune omnium est,

|| Quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus. hanc maculam nos decet

Effugere. dictū est verè, & re ipsa fieri oportet, Mitio.

Mitio suo ipsius dicto impetitur.

M. Quid istuc est? dabitur quidem, quando hoc volt Aeschinus. AE. mi pater.

D. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo. M. gaudeo.

D. || Suo sibi hunc gladio iugulo.

ACTVS V. SCENA IX.

ARG.

ARG. Seruis libertas, filiis dantur vxores. Mitioni narrat Demea cur tam repente mores mutauerit. In cuius persona Terentius nobis ridicula prodigalitatis exempla proponit.

Trochaici octonarij.

SYRVS, DEMEA, MITIO, AESCHINVS.

S. *Factum est, quod iusti Demea.*
D. *Frugi homo es. edepol hodie mea quidẽ sententia*
Iudico, Syrum fieri aequom liberũ. M. istuc liberum?
Quodnam ob factum? DE. multa. SY. ô noster Demea, edepol vir bonu' es:
||Ego istos vobis vsque à pueris curaui ambos sedulò,
Docui, monui, bene praecepi semper quae potui omnia.
D. Res apparet. & quidẽ haec porro, obsonari, cũ fide
Scortum adducere, apparare|| de die conuiuiũ: (put.
Nõ mediocris hominis haec sunt officia. S. ô lepidũ ca-
D.|| Postremò hodie in psaltria ista emunda hic adiutor fuit,
Hic curauit: prodesse aequom est: alij meliores erunt:
||Denique hic volt fieri. M. vin' tu hoc fieri? AE. cupio. M. siquidem
*Tu vis, Syre eho accede huc ad me, * liber esto. SY. bene facis,*
Omnibu' gratiã habeo, & seorsũ tibi praeterea Demea.
D. Gaudeo. AE. & ego. SY. credo. vtinam hoc perpetuum fiat gaudium, vt
Phrygiam vxorem meam vnà mecum videam liberam. D. optumam
Mulierem quidẽ. S. & quidẽ nepoti tuo || huius filio
Hodie primã mammã dedit haec. D. hercle verò serio,
Siquidem prima dedit, haud dubium quin emitti aequom siet.
M. Ob eam rem? D. ob eam: postremo à me argentum,

Cõmendatio diligentiae sua.

De die apud Plaut. in Asin.

Ita deridet, ut serio agere videatur.

Deniq. hic, scilicet Aeschinus.

** Manumissio Syri.*

tum, quanti est, sumito. (ram.

S. Dij tibi Demea omnes semper omnia optata offe-

M. Syre, processisti hodie pulchrè. D. siquidem porrò Mitio

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paullum prae manu

Id est, viuat. Dederis, unde || utatur. reddet tibi citò. M. istoc vili'.

AE. Frugi homo est. ST. reddam hercle. da modò.

AE. agè pater. M. post consulam. (sime.

Blandimēta DE. Faciet. ST. || ò vir optime. AE. ò pater mi festiuis-

MI. Quid istuc? quae res tam repente mores mutauit tuos?

Quod proluuium? quae istaec subita est largitas? D. || dicam tibi.

Redit Demea ad ingenium. Vt id ostenderē, quod te isti facilè, & festiuū putāt,

Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex aequo & bono,

Mores, & vitam assentatoriā notat. || Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo Mitio.

Nunc adeò si ob eam rem vobis mea vita inuisa est Aeschine, (quor.

*Apostrophe ad filios. || Quia non iusta, iniusta prorsus omnia omnino obse-

Missa facio, effundite, emite, facite quod vobis lubet.

||Oblatio patris Sed si id voltis potius, quae vos propter adolescētiam

Minu' videtis, magis impensè cupitis, consulitis parū,

Donatus. secundare. Haec reprehendere, & corrigere me, || obsecundare in loco:

Obsequentia filij. Ecce me, qui id faciam vobis. AE. || tibi pater permittimus:

Plus scis, quid facto opus est. sed de fratre quid fiet? D. sino

Habeat. finem in istac faciat. M. istuc rectè. Plaudite.

HECYRAM, in finem, id est, in vltimum locum reiecimus.

IN.

IN PHORMIONEM ARGVMENTVM.

CHREMES & Demipho fratres Athenienses erãt. Chremes Athenis vxorẽ diuitẽ, ac bene dotatã duxerat Nausistratã: & ex ea susceperat filiũ Phędriã, habebat Nausistrata, præter cęteras opes, opima prędia in Lemno. eò igitur Chremes quotannis, ad ea locanda, capiendósque fructus, cõmeabat. dum illic residet, pauperculę cuiusdã mulieris amore correptus, eã quoq; ducit vxorem, & ex ea suscepit filiã Phaniũ: ac ne res emanaret: cõmutato nomine, Stilphonem se Lemni vocari iubet. detrahebat autẽ è fructibus prędiorum vxoris Atheniensis, quãtum satis esset ad illam alterã vna cũ filia nutriendam: deinde Athenas reuersus, aut calamitatẽ, aut vilitatẽ, aut tale aliquid caussabatur Erat Demiphoni filius Antipho. Cùm igitur Phanium quindecim iam haberet annos: conueniunt inter se Chremes & Demipho, vt Chremes quidem & Lemniam vxorem, & Phanium Athenas clanculum adduceret: Demipho verò Phanium filio suo vxorem daret. eius rei caussa proficiscitur in Lemnum Chremes. eodem tempore accidit, vt Demiphoni quoque iter esset in Ciliciam, abeuntes ambo, Geræ (is Demipho is seruus erat) filios committunt suos. profectis senibus, Phædria se statim citharistriæ cuiusdam amore implicat. Sed hoc erat incõmodi, quòd, qui à lenone amaret, quod daret, nihil habebat. interea vxor e Lemno, quæ, propter paupertatẽ, viri diutius forte, quàm solebat, morantis aduentum

 expe-

exſpectare non poſſet, conſcenſa naui, Athena
vnà cum filia,& nutrice ipſius venit,quærũt Stil
phonem fruſtra. Athenis, qui quemquiam e
nomine noſſet, reperiebatur nemo. ibi mate
(tanta eam ęgritudo ceperat) moritur. ei funu
vnà cũ nutrice procuratẽ Phaniũ cùm adſpexiſ
ſet Antipho,ſubito amore illius exarſit. venit ad
nutricẽ poſtridie, vt ei⁹ ſibi copiã faceret,obſe
crãs illa ſe,niſi puellã vxorẽ duceret,facturã ne-
gat.illi,cùm & quiduis facere cuperet,& patrẽ
abſentem vereretur,paraſitus Phormio hoc cõ
ſilium dedit. lex erat Athenis, vt orbas puellas,
qui eis genere proximi eſſent,ducerent:aut,ſi i
nollent,dotem eis dare cogerentur. ego,inqui
paraſitus,ſimulabo,me patri virginis amicum fu
iſſe, ideoq; cauſſam illius ſuſcipere:vocabo te i
iudicium, tamquam illius cognatum,tecumque
lege agam, vt eam ducas. tu ita te defendes, v
mihi facilem victoriam prębeas:ita condemna
bere:ſic fiet,vt & tu potiaris tua,& patre reue
lo,paratam excuſationem habeas. ita fiunt om
nia,vt paraſitus ſuaſerat. confectis iam nuptij
eodem die ambo redeunt ſenes, turbati vterq
ille,quòd filius indotatã vxorẽ ſe abſente dux
ſet:hic,quòd vereretur,ne,erepta ſibi hac co
locandæ filię occaſione,tota res fieret palã,
ipſo die,leno,cithariſtrię, quam Phædria am
bat,dominus,niſi ſibi pro ea triginta minę dar
tur,venditurum ſe eam,minitabatur. ad eas co
ficiendas hãc fallaciam Geta confingit:ait ſe
bus,ſe cum Phormione collocutum:Phormio
verò,ſi ſibi dotis triginta minę darentur, para
eam vxorem accipere,quam duxiſſet Antipho
eam pecuniam Demipho à Chremete ſumpta
numer

numerat Phormioni is eam Phædriæ, Phædria lenoni pro amica tradit. cùm hæc iam confecta essent, agnoscitur Phaniũ. Ibi verò senes gaudere, quòd, quas nuptias ipsi facere moliebantur, eæ ipsis absentibus, atq; insciẽtib9 factæ essent. sed dolebant, sibi perijsse triginta minas. eas dũ à Phormione, primò blanditijs, postea etiã per vim eripere conãtur: Phormio, qui iã de duab9 Chremetis vxorib9, deq; tota re intellexerat, inclamat Nausistratã, eiq; aperit omnia. Illa, cùm aliquãdiu de viro cõquesta esset, tãdé placatur, filijq; ipsi9 iudicio omnia se ꝑmissurã pollicetur.

PHORMIONIS PERSONÆ SIVE INTERLOQVVTORES.

PHORMIO, *parasitus.*
DEMIPHO, *senex.*
CHREMES, *senex.*
ANTIPHO, *adolescens.*
PHAEDRIA, *adolescens.*
GETA, *seruus,*
DAVVS, *seruus.*
DORIO, *leno.*
SOPHRONA, *nutrix.*
NAVSISTRATA, *matrona.*
CRATINVS, *aduocatus.*
HEGIO, *aduocatus.*
CRITO, *aduobatus.*

Sequentium tantum hic mentio fit.

DORCIVM, *ancilla.*
PHANIVM, *adolescentula.*

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

Chremetis frater aberat peregrè Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem, & filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem unicè
Gnatum fidicinam. mater è Lemno aduenit
Athenas: moritur: virgo sola: aberat Chremes:
Funus procurat. ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti vxorem accipit.
Pater, & Chremes reuersi fremere: dein minas
Triginta dant parasito, vt illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

ACTA LVDIS ROMANIS, L. Postumio Albino, L. Cornelio Merula, aedil Cur. egere L. Ambiuius Turpio, L. Atilius praenestin⁹. Modos fecit Flaccus claudij. Tibijs imparib. tota graeca* Apollodoru. Epidicazomenos. Facta IIII. C. Fannio, M. Valerio Coss.

Diphili, Vide Vict. Varia. lectionū. lib. 9. et. 20 Et Nā. Mis. lib. 2.

PROLOGVS.

Recriminatio.

Postquam poëta vetus poëtam non potest
Retrahere a studio, & transdere hominē in otiū,
Maledictis deterrere, ne scribat, parat:
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura leui,
*Quia nusquam scripsit insanum adolescentulum
Ceruam videre fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare, vt subueniat sibi.
Quòd si intelligeret, olim cùm stetit noua,
Actoris opera magis stetisse, quàm sua:

Accusatio à stylo leui.

**Accusatorē accusans accusat.*

Minus

Minu' multo audaciter, quàm lædit, læderet:
Et magi' placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut sic cogitet,
Vetu' si poëta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisset nouus
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum hoc habeat: in medio omnibus
Palmam esse positam, qui artem tractant musicam.
Ille ad famem hunc à studio studuit reijcere.
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cùm ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. apporto nouam
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
*Græci, Latini *Phormionem nominant:*
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quem res agetur maxumè.
Voluntas vostra si ad poetam accesserit,
Date operam, adeste æquo animo per silentium:
Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus,
Cùm per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum,
Bonitasque vostra adiutans, atque æquanimitas.

Occupatio excusat necessitatem.

Epidicazomenos, agens de possessione rei, seu vindiciarũ. Epidicasia, lis vindemiarum.

**Phormion, tegiculum, quo pauimẽtum insternitur inde Phormio, seruile nomen.*

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Dauus exiens dicit adferre se quam debet Getæ pecuniã: & hæc persona extra argumẽtum inducitur, cui rem gestam narraturus est Geta. Iambici senarij.

Dauus hic protatica persona est, nihil ad argumentum Comœdiæ spectans.

DAVVS.

*AMicus summus meus, & *popularis Geta*
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula
Iam pridem apud me relliquum pauxillulum

**Popu. quasi*

Nummorum: id vt confi cerem. confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc conraditur.
Quàm iniquè comparatum est, ij qui minus habēt,
Vt semper aliquid addant ditioribus.
Quod ille unciatim vix demenso de suo,
Suum defraudans genium, comparsit miser,
|| Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
*Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:
Puer causa erit mittundi. sed videon' Getam?

|| Incommoda ab vxore.
*Feritur munere, non qui recipit, sed qui dat. præsertim inuitus.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Geta narrat, quò sint profecti Demipho & Chremes: qua occasione cœperit amare Demiphonis filius Antipho.

Eiusdem generis.

GETA, DAVVS.

GE. S|| I quis me quæret rufus. D. præstò est, desine. G. oh,
At ego obuiam conabar tibi Daue. D. accipe, hem:
Lectum est, conueniet numerus, quantum debui.
G. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
D. Præsertim vt nunc sunt mores: adeò res redit:
|| Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Sed quid tu es tristis? G. ego ne? nescis, quo in metu, &
Quanto in periclo sim. D. quid istuc est? G. scies,
Modo vt tacere possis. D. abi sis insciens:
*Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere? vbi quid mihi lucri est
Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operā tibi dico.
G. || Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem

Dauus protatica persona cui Geta exponit occasionē fabulæ

Gemina perturbatio a captis.

Argumentū à maiore.

Nostin'?

Nostin'? DA. quid ni? GE. quid? eius gnatum Phædriam?
D. Tanquam te. G. euenit, senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquom: is senem per epistolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.
D. Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
Sic est ingenium. D. oh, regem me esse oportuit.
G. Abeuntes ambo hinc tum senes me filijs
Relinquunt quasi magistrum. D. ô Geta, prouinciam
Cepisti duram. G. mihi usu venit hoc, scio:
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduorsari primò: quid verbis opu'st?
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.
D. Venere in mentem istæc mihi, nā quæ inscitia est,
Aduorsum stimulum calces? G. cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent. D. scisti uti foro.
G. Noster mali nil quidquam primò: hic Phædria
Continuò quandam nactus est *puellulam
Citharistriam: hanc amare cœpit || perditè,
Ea seruiebat lenoni impurissimo:
Neque, quod daretur quidquam: id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otioso operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum || ei loco
Tonstrina erat quædam: hic solebamus fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus* illi, interuenit
Adolescens quidam lacrumans: nos mirarier:
Rogamus, quid sit: numquā æque (inquit) ac modò
Paupertas mihi onus visum est & miserū, & graue.
Modò quandam vidi virginem hic viciniæ
|| Miseram, suam matrem lamentari mortuam.

Miræ narrationis compendium per interrogationem.

Prouerbia quam maximè inter se diuersi.

* Puellulam ab ætate. citharistriam, ab arte laudat.

|| perditus.

ilico.

pro, ibi, ut alibi sæpe. Don.

Nummorum: id vt consi cerem. confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc conraditur.
Quam iniquè comparatum est, ij qui minus habet,
Vt semper aliquid addant ditioribus.
Quod ille vnciatim vix demenso de suo,
Suum defraudans genium, comparsit miser,
||Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
**Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:*
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:
Puer causa erit mittundi. sed videon' Getam?

||Incommoda ab vxore.

**Feritur munere, non qui recipit, sed qui dat. præsertim inuitus.*

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Geta narrat, quò sint profecti Demipho & Chremes: qua occasione cœperit amare Demiphonis filius Antipho.

Eiusdem generis.

GETA, DAVVS.

GE. S||I quis me quæret rufus. D. præstò est, desine. G. oh,
At ego obuiam conabar tibi Daue. D. accipe, hem:
Lectum est, conueniet numerus, quantum debui.
G. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
D. Præsertim vt nunc sunt mores: adeò res redit:
|| Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Sed quid tu es tristis? G. ego ne? nescis, quo in metu, &
Quanto in periclo sim. D. quid istuc est? G. scies,
Modo vt tacere possis. D. abi sis insciens:
**Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,*
Verere ei verba credere? vbi quid mihi lucri est
Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operã tibi dico.
G. || Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem
Nostin'?

Dauus protatica persona cui Geta exponit occasionẽ fabulæ

Gemina perturbatio a cuptis.

Argumentũ à maiore.

Nostin'? DA. quid ni? GE. quid? eius gnatum Phædriam?
D. Tanquam te. G. euenit, senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum vt esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquom: is senem per epistolas
Pellexit, modo non monteis auri pollicens.
D. Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
Sic est ingenium. D. oh, regem me esse oportuit.
G. Abeuntes ambo hinc tum senes me filijs
Relinquunt quasi magistrum. D. ô Geta, prouinciam
Cepisti duram. G. mihi vsu venit hoc, scio:
Memini relinqui me deo irato meo.
Cœpi aduorsari primò: quid verbis opu'st?
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.
D. Venere in mentem istæc mihi, nã quæ inscitia est,
Aduorsum stimulum calces? G. cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent. D. scisti vti foro.
G. Noster mali nil quidquam primò: hic Phædria
Continuò quandam nactus est* puellulam
Citharistriam: hanc amare cœpit || perditè,
Ea seruiebat lenoni impurissimo:
Neque, quod daretur quidquam: id curarant patres.
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere:
Nos otioso operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum || ei loco
Tonstrina erat quædam: hic solebamus fere
Plerumque eam opperiri, dum inde iret domum.
Interea dum sedemus* illi, interuenit
Adolescens quidam lacrumans: nos mirarier:
Rogamus, quid sit: numquã æque (inquit) ac modò
Paupertas mihi onus visum est & miserũ, & graue.
Modò quandam vidi virginem hic viciniæ
|| Miseram, suam matrem lamentari mortuam.

Mira narrationis compendium per interrogationem.

Prouerbia quam maximè inter se diuersi.

* Puellulam ab ætate. citharistriam, ab arte laudat.

|| perditus.

ilico.

pro, ibi, vt alibi sæpe. Don.

Ea sita erat ex aduorso: neque illi beneuolens,
*Neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam,
Quisquam aderat, qui adiutaret funus. miseritũ est.
||Virgo ipsa facie egregia. quid verbis opus'st?
Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho,
Voltis'ne eamus visere? alius, censeo,
Eamus, duc nos sodes: imus, venimus,
Videmus: virgo pulchra: & quo magis, diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida:
Lacrumæ, vestitus turpis, ||ut, ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
Satis, inquit, ||scita est: noster vero. DA. iam scio:
Amare cœpit. GE. scin quam? quo euadat, vide:
Postridie ad anum recta pergit: obsecrat,
Vt sibi eius faciat copiam. illa enim se negat:
||Neque eum æquũ ait facere: illã ciuem esse Atticam,
Bonam, bonis prognatam: si vxorem velit,
Lege id licere facere: sin aliter, negat.
Noster, quid ageret, ||nescire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
DA. Non, si redijsset, ei pater veniam daret?
GE. Illéne indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. DA. quid fit denique?
GE. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum dij omnes perduint.
DA. Quid is fecit? G. hoc consiliũ, quod dicam, dedit.
Lex est, vt orbæ, qui sint genere proxumi,
Iis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
*Ego te cognatum dicam, & tibi ||scribam dicam:
Paternum amicum me assimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, ||qui cognata tibi sit, omnia hæc

Confin-

Miseram, ob affectum scilicet.

*Auxesis, nã res minuuntur, sententia augetur.

||Laus à forma.

Occasio, qua Antipho amare cœpit.

Mira genuinæ formæ descriptio.

Id est, bella, modesta.

Laus à loco, à persona, à maioribus.

id est, nesciebat

Alia caussa litis futuræ.

Qui, pro vtinam. Vide Donati comment.

*Attica lex, Phormionis fictũ consiliũ

Illud est, litem intẽdam, diẽ dicã, in ius

Confingam: quod erit mihi bonum, atque commodum. Cum tu horum nihil refellies, vincam scilicet. Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea? Illa quidem nostra erit. DA. iocularem audaciam. GE. || Persuasit homini: factum est: ventum est: vincimur:
Duxit. D. quid narras? G. hoc, quod audis. D. ô Geta, Quid te futurum est. G. nescio hercle: unum hoc scio: || Quod fors feret, feremus æquo animo. D.* placet: || Hem istuc viri est officium. GE.* in me omnis spes mihi est.
DA. Laudo GE. || ad precatorem adeam credo, qui mihi Sic oret: nunc amitte quæso hunc: ceterum Posthac si quicquam, nihil precor. tantummodo Non addas: ubi ego hinc abiero, vel occidito.
DA. Quid ille pædagogus, qui citharistriam? Quid rei gerit? GE. sic, tenuiter. DA. non multum habet Quod det fortasse. GE. immò nihil, nisi spem meram. DA. Pater eius rediit, an non? G. nondum. D. || quid? senem Quoad exspectatis vostrum? G. non certum scio: Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo, & Ad portitores esse delatam: hanc petam.
DA. Numquid Geta aliud me vis? GE. ut bene sit tibi. Puer heus. nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

vocabo. || Qui, quomodo, qua ratione, unde Gradus. Sententia moralis. * places: || Hem alii excludunt. * Consolatio laudatoria. || Oratio precatoris ad dominum mittendi. Urbaniter de Phædria inquirit. Præparatio inopinati aduentus senis.

ACTUS I. SCENA III.

ARG. Contendunt inter se adolescentes, uter eorum magis sit miser. Unde tota hæc scena versatur in genere caussæ demonstratiuo.

Trochaici & iambici octonarii, & quaternarius versus.

ANTIPHO, PHAEDRIA.

AN. A || Deon' rem rediisse, ut, qui mihi consultum esse optumè velit,
Phadria, patrem extimescam, ubi in mentem eius
Aduenti

Querela adolescentis continens protasim & preca

ti expositionem. aduenti venit?

Quòd ni fuissem incogitans, ita eum exspectarem, vt par fuit.

Antipho timidus, Phædria audax. PH. Quid istuc est? AN. ||rogitas? qui tã audacis facinoris mihi conscius

Sis? quòd vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,

Formidantis querela. ||Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principium est mali.

Amoris cruciatus. Non potitus essem: fuisset tum mihi illos ægrè aliquot dies:

(audio.

At non quotidiana cura hæc angeret animum. PH.

AN. Dum exspecto quàm mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.

PH. Aliis, quia desit quod amant, ægrè est: tibi, quia superest, dolet.

Amore abundas Antipho.

Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda optandaque est.

Vide amantis vesaniam *Ita me dij bene ament: vt mihi liceat tam diu, quod amo, frui.

Iam depacisci mortem cupio. tu conijcito cetera,

Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:

Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:

A fama. Quòd habes, ita vt voluisti, ||vxorem, sine mala fama palam

(rat.

Beatus, ni vnũ hoc desit, animus qui modestè istac fe-

Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.

Adagium. ||Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet.

(dria.

AN. ||At tu mihi cõtra nũc videre fortunatus Phæ-

Cui

Cui deintegro est potestas etiã consulendi, quid velis, | Felicẽ dicit
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum, | eò, quo non amet nuptã.
Vt neq; mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid est? video n'ego aduenire huc currentem Getam? (nunciet.
Is ipsus est. Il timeo miser, quam nunc mihi hic rem | Semper enim metuit nimiũ præsaga mali mens.

ACTVS I. SCENA IIII.

ARG. Geta Antiphoni affert è Cilicia rediisse patrẽ. quo nuntio tantus inìicitur metus malè sibi cõscio adolescenti, vt subducat illico sese.

Octonarii trochaici iambicique: Senarii iambici, & vnus quaternarius cum senario hypercatalectico.

GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA. | Protasis, & consultatio quomodo placet senẽ.

GE. NVllus es Geta, nisi aliquod iam tibi consilium celere repereris:
Ita subitò nunc imparatũ tanta te impendent mala:
Quæ neque vt deuitem scio, neque quo modo me inde extraham: | Bemb. mutato versuum ordine legit. Quæ si, Nã non.
Il Nam non potest celari nostra diutius iam audacia:*
Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt.
AN. Quidnam ille commotus venit? GE. tum, temporis punctum mihi | * cuius auctor fui.
Ad hãc rem est: herus adest. AN. quid istuc est mali?
GE. Il Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ? | Quod, Antiphonem scilicet duxisse vxorẽ.
*Loquarne? incendam. taceam? instigem. purgem me? *laterem lauem.*
Il Eheu me miserum: cùm mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi: | Later, massa lutea vel argillacea, sole tantum excocta, quæ
Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo

Esset,

Esset, rectè ego mihi vidissem, & senis essem vltum iracundiam:

Aliquid* convasassem, atque hinc me conijcerem protinus in pedes.

AN. Quam hic fugam, aut furtum parat?

GE. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam via?

PH. Te nominat. AN. nescio quod magnũ hoc nuncio exspecto malum.

PH. Ah, sanũne es?

GE. Domum ire pergam: ibi plurimum est. PH. revocemus hominem. AN. sta illico. GE. hem,

Satis pro imperio, quisquis es. AN. Geta. GE. ipse est, quem volui obviam.

AN. Cedo, quid portas, obsecro: atque id, si potes, verbo expedi.

GE. Faciam. AN. eloquere. GE. modò apud portum. AN. meúmne? GE. intellexti. AN. occidi. PH. hem.

AN. Quid agam? PH. quid ais? GE. huius patrem vidisse me, patruum tuum.

AN. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser?

Quod si eò meæ fortunæ redeunt, ‖Phanium abs te vt distrahar:

Nulla est mihi vita expetenda. GE. ergo istæc cùm ita sint Antipho,

Tanto magis te advigilare æquom est. ‖Forteis fortuna adiuvat.

AN. Non sum apud me. GE. atqui opus est nunc, cùm maxume, vt sis Antipho:

‖Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur

Commeruisse culpam. PH. hoc verum est. AN. non possum immutarier.

GE. Quid si aliquid gravius tibi nũc faciũdũ foret:

AN.

---

quo magis perluitur, hoc lutescit magis & in cœnum soluitur. Nan.

‖Verba deliberantis.

*id est, cõportassem, aut collegissem furtim.

Affectum timentis exprimit.

Apostrophe amatoria.

Virg. 10. Aen. Audaces fortuna iuvat.

Culpæ suspitio ex timore

AN. ‖Cùm hoc non possum, illud minus possem. G. hoc nihil est Phædria: illicet:* *Dialectica illatio à minore.*
‖Quid conterimus operã frustra, quin abeam? PH. & quidem ego. AN. obsecro,* **Bemb. esto*
Quid si assimulabo: satin' est? GE. garris. AN. ‖ voltũ contemplamini, hem, *‖Quid hic*
‖Satin' sic est? G. non. AN. quid si sic? G. propemodum. AN. quid si sic? G. sat est: **Expressio simulantis audaciam.*
Hem istuc serua, & verbum verbo, par pari vt respo deas, *‖Hæc in gestu consistunt*
Ne suis te iratus sæuis dictis protelet. AN. scio.
G. ‖ Vi coactum te esse, inuitum, lege, iudicio: tenes: *Breuiter totã defensionem præscribit.*
Sed quis hic est senex, quem video in vltima platea: AN. ipsus est.
Non possum adesse. G. ah quid agis: quò abis? Antipho: mane,
Mane inquã. AN. ‖egomet me noui, & peccatũ meũ *Conscientia stimulus.*
**Vobis commendo Phanium, & vitam meam.* **Amatoriè prius Phanium, quàm se cõmendat.*
PH. Geta, quid nunc fiet: G. tu iam lites audies:
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modò hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet Phædria.
PH. ‖ Aufer mihi oportet, quin tu, q̃ faciam, impera.
G. Meministin' olim vt fuerit vostra oratio *Ad omnia se paratum indicat.*
In re incipiunda ad defendendam noxiam:
Iustam illam caussam, facilẽ, vincibilem, optumam.
PH. Memini. G. hem nunc ipsa est opus, aut si quid potest,
Meliore, & callidiore. PH. fiet sedulò. *Quia nunc prælium erit, tunc prælusio fuit.*
G. Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero
Succenturiatus, si quid deficies. PH. age.

ACTVS I. SCENA V.

ARG. Filiũ Antiphonem se absente vxorem duxisse admodũ ægrè fert Demipho; à Phędria ille

ille & Geta seruo defenditur. Ad postremum Demipho couenire Phormionem constituit, vt iniuriam cum eo expostulet, qui ducendę puellę auctor fuerit.

Iambici octonarij, & senarii.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

Turbæ gliscunt. pater enim adueniens queritur de filij peccato.

D. ITane tandē vxorē duxit Antipho iniussu meo? Nec meū imperium: age, mitto imperium: non simultatem meam

Reuereri? saltem nō pudere? ô facinus audax, ô Geta Monitor. G. vix tandem. D. quid mihi dicent? aut quam caussam reperient?

Vinci potest, qui partem defensionis admittit.

Demiror. G. atqui repperi iam: aliud cura. DE. an hoc dicent mihi?

Inuitus feci: lex coëgit. audio, & fateor. G. placet.

Præparatio futuræ defensionis.

DE. Verum scientem, tacitum caussam tradere aduersarijs,

Etiam'ne id lex coëgit? PH. illud durum. GE. ego expediam. sine.

DE. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi accidit.

Amplificat querelam.

Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

Gnome.

Quamobrem omnes, cùm secundæ res sunt maxume, tum maxume

Syncerum infinitiuum.

Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam arumnam ferant:

Pericla, damna, exilia, peregre rediens semper cogitet,

Communia, id est, ex rerum vsu.

Aut fili peccatū, aut vxoris mortē, aut morbū filiæ:

Communia esse hæc, fieri posse: vt ne quid animo sit nouum:

Iam ferme fracta senis ira.

Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

GE. O Phædria, incredibile est, quanto herum ante-

ARG. Geta cudit argentum Phędriæ.
Eiusdem dimensionis.

ANTIPHO. GETA, CHREMES, DEMIPHO.

AN. EXspecto, quàm mox recipiat sese Geta.
Sed patruũ cũ patre video adstãtẽ: hei mihi
Quàm timeo, ad ĩetus huius quò impellat patrem.
GE. Adibo hosce. ô noster Chremes. CH. salue Geta.
GE. Venire saluom volupe est. CH. credo. GE. quid agitur?
CH. Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.
GE. Ita de Antiphone audistin' quæ facta? CH. omnia.
GE. Tu' dixeras huic? facinus indignum Chreme,
Sic circumiri. D. cum hoc id agebam commodum.
G. Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulò,
Inueni, opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G. vt abii abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. CH. qui Phormio? GE. is, qui istanc. CH. scio.
GE. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.
Prendo hominem solum: cur nõ, inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Heru' liberalis est, & fugitans litium:
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore auctores fuere, vt præcipitem hanc daret.
AN. Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verum pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecunia.

Hæc secum loquitur, metuẽs diuortiũ

Viam ad epitasin facit, simul etiam cudit argentũ Phædriæ.

Vide callidũ assentatorẽ.

Narratio facta ad fallendũ senem

Getæ persuasio à spe commodi.

Metaphoricos.

ille & Geta seruo defenditur. Ad postremum Demipho cōuenire Phormionem constituit, vt iniuriam cum eo expostulet, qui ducendę puellę auctor fuerit.

Iambici octonarij, & senarii.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

Turbæ gliscunt. pater enim adueniens queritur de filij peccato.

D. ITane tandē vxorē duxit Antipho iniussu meo?
Nec meū imperium: age, mitto imperium: non simultatem meam
Reuereri? saltem nō pudere? ô facinus audax, ô Geta
Monitor. G. vix tandem. D. quid mihi dicent? aut quam caussam reperient?
Demiror. G. atqui reperi iam: aliud cura. DE. an hoc dicent mihi?

Vinci potest, qui partem defensionis admittit.

Inuitus feci: lex coëgit. audio, & fateor. G. placet.
DE. Verum scientem, tacitum caussam tradere aduersarijs,
Etiam'ne id lex coëgit? PH. illud durum. GE. ego expediam. sine.

Præparatio futuræ defensionis.

DE. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi accidit.

Amplificat querelam.

Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.

Gnome.

Quamobrem omnes, cùm secundæ res sunt maxume, tum maxume

Syncerum institutum.

Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant:
Pericla, damna, exilia, peregre rediens semper cogitet
Aut fili peccatū, aut vxoris mortē, aut morbū filiæ

Cōmunia, id est, ex rerum vsu.

Communia esse hæc, fieri posse: vt ne quid animo sit nouum:
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.

Iam ferme fracta senis ira.

GE. O Phædria, incredibile est, quanto herum ante

ARG. Geta cudit argentum Phędriæ.
Eiusdem dimensionis.

ANTIPHO. GETA, CHREMES, DEMIPHO.

AN. E||Xspecto, quàm mox recipiat sese Geta.
Sed patruũ cũ patre video adstãtẽ: hei mihi
Quàm timeo, ad ietus huius quò impellat patrem.
GE. Adibo hosce. ô noster Chremes. CH. salue Geta.
GE. Venire saluom volupe est. CH. credo. GE. quid agitur?
CH. Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.
GE. Ita de Antiphone audistin' quæ facta? CH. omnia.
GE. Tu ?dixeras huic? facinus indignum Chreme,
Sic circumiri. D. cum hoc id agebam commodum.
G.|| Nam hercle ego quoque id quidem mecum agitans sedulò,
Inueni, opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G.|| vt abii abs te, fit forte obuiam
Mihi Phormio. CH. qui Phormio? GE. is, qui istanc. CH. scio.
GE. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.
Prendo hominem solum: ||cur nõ, inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Heru' liberalis est, & fugitans litium:
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore auctores fuere, vt præcipitem hanc daret.
AN. Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia, ||sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verum *pone esse victum eum: at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecunia.

Hæc secum loquitur, metuẽs diuortiũ

Viam ad epitasin facit, simul etiam cudit argentũ Phædriæ.

Vide callidũ assentatorẽ.

Narratio facta ad fallendũ senem

Getæ persuasio à spe commodi.

Metaphoricos.

Q Post-

fac. vel finge dicunt, — Postquam hominem his verbis sentio mollirier.
Soli sumus nũc, inquam, hîc. eho dic, quid velis dari
Tibi in manum, vt herus his desistat litibus,
Hæc hinc facessat, tu molestus ne sies?

Decora locutio. — AN. Satin' illi dij sunt propitij? GE. nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui, boniq; dixeris,
Vt ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. D. quis te istæc iussit loqui?
CH. Immò non potuit melius peruenirier

Exclamatio consternati. — Eò, quò nos volumus. A. occidi. CH. perge eloqui.
G. At primò homo insaniebat. C. cedo, quid postulat?
G. Quid? nimium: quantum libuit. CH. dic. GE. si quis daret

Talentum magnum lxxx. libræ. — Talentũ magnũ. C. immò malũ hercle: vt nil pudet.
GE. Quod dixi adeò ei: quæso, quid si filiam
Suam vnicam locaret? parui rettulit
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:
Hæc denique eius fuit postrema oratio:

Responsum, & petitio Phormionis, — Ego, inquit, iam a principio amici filiam,
Ita vt æquom fuerat, volui vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In seruitutem pauperem ad ditem dari:

Fabuler, rectè, quia reuera fabulabatur. — Sed mihi opus erat, vt apertè tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem.
Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quam istanc, vxorem dari.
AN. Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertu' sum.

Prouerbium — DE. Quid, si animam debet? GE. ager oppositu'st pignori ob

Astutè, non simul. xxx. — Decem minas, inquit. D. age age, iam ducat: dabo.
GE. Ædiculæ item sunt ob decem alias. DE. hoi hui.

Nimium

Nimium est. CH. ne clama: petito hasce à me decem.
GE. Vxori emunda ancillula: tum autem pluscula
Supellectile opus est, opus sumptu ad nuptias:
His rebus pone sane, inquit, decem minas.
DE. Sexcentas proin potius scribito iam mihi dicas:
Nil do: impuratus me ille vt etiam irrideat?
CH. Quæso, ego dabo, quiesce: tu modò filius
Fac vt illam ducat, nos quā volumus. AN. hei mihi
Geta, occidisti me tuis fallacijs.
CH. Mea caussa eijcitur: me hoc æquom est amittere.
GE. Quantum potes, me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc vt mittam, ne incertus siem:
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.
CH. Iam accipiet. illis repudium renunciet:
Hanc ducat. DE. quæ quidem illi res vortat malè.
CH. Opportunè adeò nunc mecum argentum attuli,
Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia:
Id sumam: vxori, tibi opus esse, dixero.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Obiurgat Antipho Getam, cuius opera se in periculū venisse putat, ne extrudatur coniux: idem ab eodem placatur.

Eiusdem generis

ANTIPHO, GETA.

A. Geta. GE. hem. AN. quid egisti? GE. emunxi argento senes.
A. Satin' est id? G. nescio hercle: tantum iussu' sum.
AN. Eho verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?
GE. Quid ergo narras? AN. quid ego narrem? opera tua ad
Restim mihi quidem res redijt planissumè.
Vt te quidem omnes dij, deæq;, superi, inferi
Malis exemplis perdant hem, si quid velis,
Huic mādes, qui te ad scopulum e trāquillo inferat.

minas protulit, ne parcū senē terreret

Dica hoc loco, rationes, siue caussas expensarum significare videtur. Nan. Misc. lib. 2.

* Chremes viginti minas dat: Demipho decem.

|| Chremes sententiam fert, argentum dat.

|| Iurgio paratur locus.

Epitasis Nā in periculum venit Antipho, ne extrudatur cōiux.

qua scilicet me suspendā

Ironice.

Prouerbiū,

Quid minùs vtile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,
Posse illam extrudi. cedo, nunc porro Phormio
Dotem si accipiet, vxor || ducenda est domum:
Quid fiet? GE. enim non ducet. AN. noui: ceterum
Cum argentum repetent, nostra caussa scilicet
*In neruom potius ibit. GE. nihil est Antipho,
Quin malè narrando possit deprauarier.
||Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contrà iam. si argentum acceperit,
Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium quidē tandem apparandis nuptijs,
Vocandi, sacrificandi dabitur paullulum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt: (gu?
Id ille istis reddet. A. quā ob rē? aut quid dicet? G. ro-
Quot res? post illa monstra euenerunt mihi:
Introijt in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus,
Haruspex vetuit: || ante brumam aliquid noui
Negoti incipere, quæ caussa est iustissima.
Hæc fient. vt modò fiunt. GE. fient: me vide.
Pater exit: abi, dic, esse argentum, Phædriæ.

Duceda, necessitatem indicat. Vide Nan. Misc. lib. 2.

*In vincula, Nam qui soluēdo olim nō erant, vincti tradebantur creditoribus donec opera pensarent creditum.

Concessio cū exceptione.

Prodigia nuptias remorantia.

Ante brumā id est, ante quam dies decrescant.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. Colloquuntur senes de tradendo Phormioni argento. Chremes Demiphonem instigat, vt argentum soluere festinet.

Trochaici octonarij.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

D. Q||Vietus esto inquam: ego curabo, ne quid verborum duint.
Hoc temere numquam amittam ego à me, quin mihi testes adhibeam,
Cui dem: & quam ob rem dem, commemorabo.

Hæc Demipho ad fratrem Chremetem.

GE.

GE. ||ut cautus est, ubi nil opu'est.

CH. Atqui ita opus est facto: at matura, dum lubido eadem hæc manet:

Nam si altera illa magis instabit, forsitã nos reijciat.

D. Rem ipsam putasti. D. duc me ad eum ergo. GE. non moror. CH. ubi hoc egeris,

Transito ad uxorem meam, ut conueniat hanc priùs, quàm hinc abit:

Dicat eam dare nos Phormioni nuptũ, ne succẽseat:

Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior,

Nos nostro officio nihil egressos esse. quantum||is uoluerit,

Datum esse dotis. DE. quid,* malum, tua id refert? C. magni Dempho.

D. Nõ sat, tuũ officiũ te fecisse, si non id fama approbat?

CH. Volo ipsius quoque uoluntate hoc fieri, ne se eiectam putet.

D. Idem ego istuc facere possum. CH. mulier mulieri magi' congruet.

D. Rogabo. CH. ubi nunc illas ego reperire possim, cogito.

Geta hæc secum irrisorie.

Approbat ce filium.

Is, Phormio scilicet

* Malum indignantis.

Adagium.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. Hęc scena continet mutuam agnitionem Sophronę nutricis & Chremetis. Chremes ex eadem nutrice discit, filiam suã Phanium nuptã esse Antiphoni, quæ res ingentẽ ei lętitiã affert: cauet item ne uxor hoc rescifscat.

Octonarii Iambici catalectici & acatalectici, & Iambicus quaternarius unus mistis aliquot Trochaicis octonariis.

SOPHRONA, CHREMES.

S. Q||Vid agam? quem amicum inueniam mihi misera? aut cui consilia

Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam?

Occasio catastrophes.

Quid minus vtile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,
Posse illam extrudi. cedo, nunc porro Phormio
Dotem si accipiet, vxor || ducenda est domum:
Quid fiet? GE. enim non ducet. AN. noui: ceterum
Cum argentum repetent, nostra caussa scilicet
*In neruom potius ibit. GE. nihil est Antipho,
Quin malè narrando possit deprauarier.
||Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contrà iam. si argentum acceperit,
Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium quidē tandem apparandis nuptijs,
Vocandi, sacrificandi dabitur paullulum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt:
Id ille istis reddet. A. quā ob rē? aut quid dicet? G. rogas?
Quot res? post illa monstra euenerunt mihi:
Introijt in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus,
Haruspex vetuit: || ante brumam aliquid noui
Negoti incipere, quæ caussa est iustissima.
Hæc fient. vt modò fiunt. GE. fient: me vide.
Pater exit: abi, dic, esse argentum, Phædriæ.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. Colloquuntur senes de tradendo Phormioni argento. Chremes Demiphonem instigat, vt argentum soluere festinet.

Trochaici octonarij.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

D. Q||Vietus esto inquam: ego curabo, ne quid verborum duint.
Hoc temere numquam amittam ego à me, quin mihi testes adhibeam,
Cui dem, & quam ob rem dem, commemorabo.

Ducēda, necessitatem indicat. Vide Nan. Misc. lib. 2.

*In vincula, Nam qui soluendo olim nō erant, vincti tradebantur creditoribus donec opera pensarent creditum.

Concessio cū exceptione.

Prodigia nuptias remorantia.

Ante brumā id est, ante quam dies decrescant.

Hæc Demipho ad fratrem Chremetem.

GE. ||*vt cautus est, vbi nil opu' est.*
CH. Atqui ita opus est facto: at matura, dum lubido eadem hæc manet:
Nam si altera illa magis instabit, forsitã nos reijciat.
D. Rem ipsam putasti. D. duc me ad eum ergo. GE. non moror. CH. vbi hoc egeris,
Transito ad vxorem meam, vt cõueniat hanc prius, quàm hinc abit:
Dicat eam dare nos Phormioni nuptũ, ne succẽseat:
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior,
Nos nostro officio nihil egressos esse. quantum||is voluerit,
Datum esse dotis. DE. quid, malum, tua id refert? C. mag i Demipho.*
D. Nõ sat, tuũ officiũ te fecisse, si non id fama approbat?
CH. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se eiectam putet.
D. Idem ego istuc facere possum. CH. mulier mulieri magi' congruet.
D. Rogabo. CH. vbi nunc illas ego reperire possim, cogito.

Geta hæc secum irrisorie.
Approbat ce filium.
Is, Phormio scilicet
**Malum indignantis.*
Adagium.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. Hęc scena continet mutuam agnitionem Sophronę nutricis & Chremetis. Chremes ex eadem nutrice discit, filiam suã Phanium nuptã esse Antiphoni, quæ res ingentẽ ei lętitiã affert: cauet item ne vxor hoc rescifcat.

Octonarii Iambici catalectici & acatalectici, & Iambicus quaternarius vnus mistis aliquot Trochaicis octonariis.

SOPHRONA, CHREMES.

S. Q||Vid agam? quem amicum inueniam mihi misera? aut cui consilia
Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam?

Occasio catastrophes.

nam vereor,

Hera, i. est Phanium. ||Herane ob meũ suspẽm indignè iniuria afficiatur:

Ita patrem adolescẽtis facta hæc tolerare audio violenter.

Nam quæ, figuratè, pro Quænam. C. Nam quæ hæc* est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?

*Bem. anus est. SO. Quod ut facerem, me egestas impulit: cùm scirem infirmas

Hasce esse nuptias: ut id consulerem, interea vita

Ut in tuto foret. C. certè adepol, nisi me animus fallit,

Aut parũ oculi prospiciũt, meæ nutricẽ gnatæ video.

Deliberatio SO. Neque ille inuestigatur. CH. quid agam? SO. qui est eius pater. CH. adeon',

An maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco? SO. quòd si eum nunc

Reperire possim, nihil est, quod verear. CH. ea ipsa est. conloquar.

Iam plane nouit. SO. Quis hic loquitur? CH. Sophrona. S. & meũ nomen nominat? CH. ad me respice.

Inuocatio gaudentis. SO. ||Dij obsecro vos: estne hic Stilpho? CH. non. SO. negas? (Sophrona

||Timet proditionem. C. || Cõcede hinc paullulum à foribus istorsum sodes

*Bemb. non obsecro is Ne me istoc posthac nomine appellassis. SO. quid? *non is obsecro es,

Aperit fictionem. Quem semper te esse dictitasti? CH. st. SO. quid hui metuis fores?

CH. Conclusam hic habeo uxorem suam: verùm ||istoc de nomine

Istoc nomine, scilicet Stilphonis. Eò perperam olim dixi, ne vos forte imprudẽtes foris

Effutiretis, atque id porrò aliquà uxor mea resciscet.

SO. Hem istoc pol nos te hic inuenire miseræ numquã potuimus.

Solicitè de suis inquirit CH. ||Ehò dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac, vnde

vnde exis? aut vbi
Illæ sunt? SO.miseram me.CH.hem quid est? viuunt ne? SO. viuit gnata.
Matrem ipsam ex ægritudine. miseram mors consecuta est. — *Mors vxoris*
CH.Male factum.SO.ego autem, quæ essem anus deserta, egens, ignota, — *Modestè pronunciāda.*
Vt potui virginem nuptum locaui huic adolescenti,
Harum qui est dominus ædium.CH.Antiphoni'ne? S. hem isti ipsi.CH.quid?
Duas'ne is vxores habet? SO. au obsecro, vnam ille quidem hanc solam. — *Au fastidientis.*
CH. Quid illa altera, quæ dicitur cognata? SO.hæc ergo est CH.quid ais?
SO.Composito est factum, quo modo hanc amans habere posset (mere
Sine dote.CH.di vostrā fidē, quàm sæpe forte temere
Eueniunt, quæ non audeas optare? offendi adueniens, — *Exclamatio gaudentis.*
Quicum volebā, atq; vt volebam, conlocatā filiam.
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, vt fieret,
Sine nostra cura maxuma, sua cura hæc sola fecit. — *Hæc, Sophrona scilicet.*
So.Nunc quid facto est opus, vide.pater adolescentis venit, — *Pater Demipho scilicet*
Eumque animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt.C.nihil pericli est.
Sed per deos atque homines, meam esse hanc, caue rescissat quisquam. (dies. — *Adiurat, vt celet.*
SO.Nemo ex me scibit.C.sequere me.intus cetera au

ACTVS V. SCENA II.

ARG.Demipho seipsum excusat, quòd dū auaritiæ maculā studet effugere, in stultitiæ reprehensionem inciderit. Dolet enim, Phormioni datum esse argentum.

Iambici octonarij catalectici.

DEMIPHO, GETA,

D. *NOstrapte culpa facimus, vt malos expediat esse,*
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos.
Ita fugias, ne præter casam, aiunt. nonne id sat is erat,
Accipere, ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectum ei,
Vt sit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
GE. Planissumè. DE. his nuc præmium est, qui recta praua faciunt.
GE. Verissimè. D. vt stultissimè quidem illi rem gesserimus. (cat.
GE. || *Modò vt hoc cõsilio possiet discedi, vt ista du-* — *Timorem incycit.*
DE. Etiámne id dubium est? GE. haud scio hercle, vt homo est, an mutet animum.
D. Hem, mutet autem? GE. nescio: verũ, si forte, dico.
D. Ita faciam, vt frater censuit: vxorem huc eius adducã,
Cu ista vt loquatur. abi Geta: prænũcia hãc venturã.
GE. || *Argentũ inuentũ est Phædriæ: de iurgio siletur:* — *Geta insultans commoda enumerat*
Promissum est, ne in præsentia hac hinc abeat: quid nunc porrò
Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuram soluis
Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abyt: plagæ crescunt,
Nij: prospicis. nunc hinc domũ ibo, ac Phaniũ edocebo.
Ne quid vereatur Phormionem, aut eius orationem.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. Apud Demiphonem queritur Nausistrata, suum viri Chremetis negligentia minui patrimonium.

Iambici octonarii & catalectici.

DEMIPHO, NAVSISTRATA,

CHRE-

CHREMES.

DE. A||Gedum, vt soles Nausistrata, fac illa vt placetur nobis:
Vt sua volũtate id, quod est faciũdũ, faciat. NA. faciã.
DE. Pariter nunc opera me adiuues, ac dudum re opitulata es.
NA. ||Factũ volo: ac pol queo minus viri culpa, quã me dignum est.
DE. Quid autem? NA. quia pol mei patris bene parta indiligenter
Tutatur: nam ex his prædijs talenta argenti bina
Capiebat statim hem. vir viro quid præstet! DE. bina quæso? D. hui.
NA. Ac rebus vilioribus multo, tamen talenta bina,
NA. Quid hæc videntur? DE. scilicet. NA. virũ me natam vellem:
Ego ostenderem. DE. certè scio. NA. quo pacto. DE. ||parce sodes,
Vt possis cum illa: ne te adolescens mulier defatiget.
NA. Faciam, vt iubes: sed meum virum abs te exire video CH. hem Demipho,
||Iam illis datum est argentum? DE. curaui illico. CH. nollem datum.
Hei, video vxorem: pene plus, quàm sat erat. DE. cur nolles Chreme?
CH. Iam rectè. DE. quid tu? ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus?
CH. Transegi. DE. quid ait tandem? CH. adduci non potest. DE. quid non potest?
CH. Quia* vterque vtrique est cordi. DE. quid istuc nostra? CH. magni. præter hæc, (erit:
Cognatã comperi esse nobis. DE. quid? deliras? CH. sic
Non temere dico: redi mecum in memoriam. DE. satin'ne sanus es?

Hortatur, vt Phanium placatam reddat.

Conqueritur de viri negligentia.

Parce, dubiũ, aduerbium ne sit, an imperatiuum.

Altera epitasis pars, de pecunia temere effusa.

||vir timidus, vxore præsente, nõ audet loqui.

Valla Eleg. lib. 3. ca. 30.

NA. Au, obsecro vide, ae in cognatam pecces. DE. non est. CH. ne nega:
Patri' nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non norat patrem?

Dixit, Phormio, scilicet.

CH. Norat. DE. cur aliud dixit? CH. numquã hodie concedes mihi, neque
Intelliges? DE. si tu nil narres. CH. pergis? NA. miror quid hoc siet.

Scabrosus sermo, ob uxoris præsentiam.

DE. Equidem hercle nescio. vin' scire? at ita me seruet Iupiter,
Vt propior illi, quàm ego sum, ac tu, nemo est homo. DE. dij vostram fidem:
Eamus ad ipsam una omnes nos: aut scire, aut nescire hoc volo. CH. ah.
DE. Quid est? C. itane paruam mihi fidem esse apud te? DE. vin' me credere? (filia
Vin' satis quæsitum mihi istuc esse? age fiat. quid illa
Amici nostri, quid futurum est? CH. rectè. DE. hanc igitur mittimus?
CH. Quidni? DE. illa maneat? CH. sic. DE. ire igitur tibi licet Nausistrata.
NA. Sic pol cõmodius esse in omnes arbitror, quàm vt cœperas,
Manere hic: nã perliberalis visa est, cùm vidi, mihi.

Hanc, Phaniũ, scilicet.

DE. Quid istuc negotij est? CH. iamne aperuit ostium?
DE. iam. CH. ô Iupiter,
Dij nos respiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. DE. hem,
Quo pacto id potuit? CH. non satis tutus est ad narrandum hic locus.
DE. At tu intro abi. CH. heus, ne filij nostri quidem hoc resciscant, volo.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Antipho redemptam Phædrię amicam gratu-

gratulatur: seque inuolutum his malis queritur, vnde expediri nequeat.

Iambici octonarij catalectici.

ANTIPHO.

LÆtu' sum, ut ut meæ res sese habēt, || fratri obtigisse, quod volt.

Quàm scitū est, eiusmodi parare in animo cupiditates,

Quas, cùm res aduorsæ sient, paullo mederi possis.

Hic simul argentum repperit, cura sese expediuit:

Ego nullo possū remedio me euoluere ex his turbis,

Quin, si hoc celetur, in metu: sin patesit, in probro sim.

Neq; me domū nūc recipere, ni mihi esset spes ostensa

Huiusce habēdæ. sed vbinā Getā inuenire possum, ut

Rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

Fratri, Phædriæ scilicet.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. Adnumeratam esse lenoni pecuniam narrat Phormio: & quasi re bene gesta, nunc se curaturum cuticulam dicit.

Iambici octonarii acatalectici.

PHORMIO, ANTIPHO.

PH. A || Rgentum accepi, tradidi lenoni: abduxi mulierem:

Curaui, propria ea Phædria ut potiretur: nam emissa est manu:

Nunc vna res mihi etiam restat, quæ est conficiunda, otium

A senibus ad potandum ut habeam: nam aliquot hos sumam dies.

AN. Sed Phormio est: quid ais? PH. quid? AN. || quidnam nunc facturus Phædria?

Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?

Collocatur pecunia extorta senibus, quæ repetita postea miras tragedias excitabit.

De fratre inquirit.

PH.

PH. Vicißim parteis tuas acturus est. AN. quas? PH. vt fugitet patrem. (res:
Te suas rogauit rursū vt ageres caussā, vt pro se dice-
Nã potaturus est apud me. ego me ire senibus Suniū
Dicam ad mercatum, ancillulam emptū, quam dudum dixit Geta:
Ne, cum hic non videant me, conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te. AN. vide, quis egreditur. PH. Geta est.

ACTVS. V. SCENA VI.

ARG. Geta Antiphoni nuntiat Phanium inuentam esse Chremetis filiam.

Trochaici octonarii catalectici & iābici senarii.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

Fortuna, instabilis Dea. Fors fortuna, bonus euentus

GE. O Fortuna, ô fors fortuna, quantis commoditatibus,
Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem?
AN. Quidnam hic sibi volt? GE. nosq; amicos eius exonerastis metu?
Sed ego nunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio:
Atque hominem propero inuenire, vt hæc, quæ contigerint, sciat?
AN. Num tu intelligis, quid hic narret? PH. num tu? AN. nil. PH. tantundem ego.
GE. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. AN. heus Geta. GE. hem tibi.
Num mirum, aut nouum est, reuocari, cursum cùm institueris? AN. Geta.

Geta herū nondum agnoscit.

GE. Pergit: hercle numquam tu tuo odio vinces me. AN. Non manes? GE. Vapulabis. curialis vernula est, qui me vocat.

AN.

AN. Id tibi quidem iam fiet, nisi resistis, verbero.
G. Familiariorē oportet esse huc, qui minitatur malū:
Sed is'ne est, quem quæro, an non? ipsu'est. PH. congredere actutum. AN. quid est?
G. O omnium, quantum est, qui viuunt, hominum homo honoratissime:
Nam sine controuersia à dijs solus diligere Antipho.
AN. Ita velim: sed qui istuc credam ita esse, mihi dici velim.
GE. Satin' est, si te delibutū gaudio reddo? AN. enecas.
PH. Quin tu hinc pollicitationes aufer, &, quod fers, cedo. GE. oh,
Tu quoque hic aderas Phormio? PH. aderam: sed cessas? GE. accipe, hem.
Vt modo argentū dedim⁹ tibi apud forū, recta domū
Sumu' profecti: interea mittit her⁹ me ad vxorē tuā.
AN. Quamobrem? G. omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem est Antipho
Vbi in gynæceū ire occipio, puer ad me accurrit Mida:
Ponè apprehendit pallio, resupinat: respicio: rogo,
Quamobrem retineat me: ait esse vetitum intrò ad herum accedere:
Sophrona modò fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,
Eumq; nunc esse intus cum illis. hoc vbi ego audiui, ad fores
Suspenso gradu placidè ire perrexi: accessi: adstiti:
Animam compressi: aurem admoui: ita animū cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. AN. euge Geta. GE. hic pulcherrimum
Facinus audiui: itaq; pene hercle exclamaui gaudio.
PH. Quod? GE. quod? am arbitrare? AN. nescio. G. at quà mirificissimum:

Geta maximus assentator.

Narratio plane Comica, exponens catastrophen

Auscultationem ipsam mire exprimit.

Catastrophe periculorum Antiphonis.

Patrus

Patruus tuus est pater inuentus Phanio vxori tuæ
AN. hem,

Consueuit, honeste dixit. *Quid ais? G. cum eius olim cōsueuit matre in Lemno clanculum.*
PH. Somnium: vtin' hæc ignoraret suum patrē? GE. aliquid credito

Studet compendio. *Phormio esse caussæ: sed me censen' potuisse omnia*
Intelligere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?
PH. Atque hercle ego quoq; illam audiui fabulam. GE. immò etiam dabo,

Dabo, id est dicam. *Quo magis credas. patruus interea inde huc egreditur foras:*
Haud multo post cū patre idē recipit se intro denuo:
Ait vterque tibi potestatem eius habendæ se dare:
Deniq; ego sum missus, te vt requirerē, atq; adducerē.

Fecero, pro faciam, eleganter. *AN. Hem: quin ergo? rape me: cessas? GE. fecero. AN. ô mi Phormio!*
Vale. PH. Vale Antipho: bene, ita me dij ament, factum: & gaudeo.
PH. Tantam fortunam de improuiso esse his datam:
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet:
Nam idem hoc argentum ita vt datum est ingratijs,
His datum erit: hoc qui cogam, re ipsa repperi.
Nunc gestus mihi, voltusq; est capiundus nouus.

Ita Prisci. lib. 6. al. hoc legunt. *Sed hinc concedam in angiportū hunc proxumum:*
Inde hisce ostendam me, vbi erunt egressi foras:
Quò me assimularam ire ad mercatum, non eo.

ACTVS V. SCENA VII.

ARG. Cognita Phanio, senes à Phormione pecuniā repetunt: Phormio negat se redditurū: hinc contentio inter eos oritur.

Eius

Eiusdem generis.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

DE. Diis magnas meritò gratias habeo, atq; ago,
Quādo euenere hæc nobis frater prosperè.
Quantùm potest, nunc conueniendus Phormio est,
Priusquam dilapidet nostras triginta minas,
Vt auferamus. PH. Demiphonem, si domi est.
Visam: vt || quod. DE. at nos ad te ibamus Phormio.
PH. De eadem hac fortasse caussa. DE. ita hercle PH. credidi.
Quid ad me ibatis: ridiculum: an veremini,
Ne non id facerem, quod recepissem semel:
Heus, quantaquanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem vt mi esset fides.
CH Est ne ea ita, vt dixi, liberalis? DE. oppidò.
PH. || Itaque ad vos venio nunciatum Demipho,
Paratum me esse, vbi voltis, vxorem date.
Nam omneis posthabui mihi res, ita vti par fuit,
Postquam, tantopere id vos velle, animū aduorterā.
DE. || At hic dehortatus est me, ne illam tibi darem:
Nam qui rumor erit populi, inquit, si id feceris:
Olim cùm honestè potuit: tum non est data:
Nunc viduam extrudi, turpe est: ferme eadē omnia,
Quæ tute dudum coram me incusaueras.
PH. Satin' superbè inluditis me: DE. qui: || PH. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempserim?
CH. Tum autem Antiphonē video ab sese amittere
Inuitum eam, || inque. DE. tum autem video filium
Inuitum sanè mulierem ab se amittere.
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rursum rescribi Phormio.
PH. Quod? næ ego perscripsi porrò illis, quibus' debui.
DE. Quid igitur fiet? PH. si vis mihi vxorem dare,

Quam

Gratiarum actio de secundo rerum euentu.

Aposiopesis.

Iactantia de fide.

Parasiti astus.

Vafrè retorquet rationes.

Qui, id est, quomodo, quanquā forte et plurale videri potest

|| Hæc Demiphoni clanculū suggerit Chremes

Rescribi. i. renumerari.

* Diuisio color.

Ab æquo, & honesto.	Quam despondisti, ducam: sin est, vt velis
	Manere apud te illam, hic dos maneat Demipho:
	Nam non est æquom me propter vos decipi:
	Cum ego vestri honoris caussa repudium alteri
	Remiserim, quæ tantundem dotis dabat.
	DE. I hinc in malam rem cum istac magnificentia
	Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
	Aut tua facta adeò? PH. irritor. DE. tune hanc duceres,
	Si tibi data esset? PH. fac periclum. DE. vt filius
	Cum illa habitet apud te, hoc vestrũ consilium fuit.
Aposiopesis minaci vultu	PH. Quæso, qd narras? D. quin tum hi argẽtũ cedo.
	PH. Immò verò tu vxorem cedo DE in ius ambula.
	PH. In ius? enimuero si porrò esse odiosi pergitis.
Apertius loquens intercipit.	DE. Quid facies? PH. egóne? vos me indotatis modò
	Patrocinari fortasse arbitramini.
	Etiam dotatis soleo. CH. quid id nostra? PH. nihil.
	Hic q sdã nõrã, cuĩ vir vxorẽ. CH. hẽ. DE. quid est?
	PH. Lẽni habuit aliã. CH. nullꝰ sum. PH. ex qua filiã
Epitasis alterius partis in fabula.	Suscepit: & eam clam educat. CH. sepultus sum.
	PH. ||Hæc adeò ego illi iam denarrabo. CH. obsecro,
	Ne facias. PH. oh, tun' is eras? DE. vt ludos facit.
Chremes terretur.	CH. Missum te facimꝰ. PH. fabulæ. PC. quid vis tibi?
	Argentum quod habes, condonamus te. PH. audio:
µInuectiua in senes.	µQuid vos malum, ergo me sic ludificamini
	Inepti vostra puerili sententia?
*In inconstantes.	*Nolo, volo: volo, nolo rursum: cedo, cape:
	Quod dictum, indictum est: quod modò erat ratum, irritum est.
Miratur vnde sciuerit.	CH. Quo pacto, aut vnde hæc hic resciuit? DE. nescio.
	Nisi, me dixisse nemini, id certò scio.
Prouerbium	CH. Monstri, ita me dij amẽt, simile. PH. inieci scrupulum. DE. hem,
Stomachosè ad lites concitat.	Hiccine vt à nobis hoc tantum argenti auferat,
	Tam apertè irridens? emori hercle satius est:
Anecessario.	Animo

eo sapientia.
||Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit, — Facetum.
||Molendum vsque in pistrino: vapulandum: habendæ compedes: — Seruorum supplicia.
Opus ruri faciundum: horum nil quidquam accidet animo nouum.
||Quidquid præter spem eueniet, omne id deputabo esse in lucro. — Irrisoria huius dicti resumptio.
Sed quid hominem cessas adire, & blandè in principio alloqui? — Mitia verba senis de Phædria.
DE. ||Mei fratris video filium ire mihi obuiam.
PH. Mi patrue salue. DE. salue: sed vbi est Antipho?
P. *Saluom ||aduenire. D. credo. hoc responde mihi. — *Denuo salutat, vt interim mitescat
PH. Valet: hic est: sed satin' omnia ex sententia?
DE. Vellem quidē. PH. quid istuc? D. rogitas Phædria?
Bonas me absente hic confecistis nuptias.
P. Eho, an id succenses nūc illi? G. *artificem probum. — Exclamatio ironica.
D. ||Egone illi non succenseam? ipsum gestio
Dari mi in conspectum, nunc sua culpa vt sciat — ||Emphaticè
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
PH. ||Atqui nil fecit patrue, quod succenseas. — Summa contradictionis.
DE. *Ecce autem similia omnia: omnes congruunt: — Virg. 2. Aen.
Vnum cognôris, omneis noris. PH. haud ita est. — Et crimine ab vno disce omnes.
D. Hic in noxa est, ille ad defendendā caussam adest.
Cum ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.
GE. Probè eorum facta imprudens depinxit senex.
DE. Nam ni hæc ita essent, * cum illo haud stares Phædria. — Seruius legit, pro illo.
P. Si est patrue, culpam vt Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:
||Non caussam dico, quin, quod meritus * est, ferat. — Rhetoricum theorema.
Sed si quis forte malitia fretus sua, — *sit,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,

Ac vicit:||nostráne ea culpa est, an iudicum,
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?
GE. Ni nossem caussam, crederem vera hunc loqui.
DE. An quisquam iudex est, qui possit noscere
||Tua iusta, vbi tute verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? PH.|| functus adolescentuli est
Officium liberalis: postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum obstupefecit pudor.
GE.* Laudo hunc sed cesso adire quamprimũ senem?
Here salue: saluom te aduenisse gaudeo. DE. oh,
||Bone custos salue, columen vero familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
GE.||Iamdudum te omnes nos accusare audio
Immeritò, & horum me omnium immeritissimò.
Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
||Seruom hominem caussam orare leges non sinunt:
Neque testimonij dictiõ est. DE. mitto omnia: adde
Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:
||Tu seruus: verum si cognata est maxumè,
Non fuit necesse habere: sed, id quod lex iubet,
Dotem daretis: quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
GE.|| Non ratio, verum argentũ deerat. D. sumeret
Alicunde. GE. alicunde? nihil est dictu facilius.
D. Postremò, si nullo alio pacto, vel fœnore.
G. Hui, dixti pulcrè, si quidem quisquam crederet
Te viuo. DE. non, non sic futurum est, non potest.
Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nil suaue meritum est. hominem commonstrarier
Mihi|| istum volo, aut, vbi habitet, demonstrarier.
G. Nempe Phormionẽ. D. istum patronum mulieris.
GE. Iam faxo hic aderit. DE. Antipho vbi nunc est?

In accusatorẽ, & iudices pro iure.
Translatio caussæ.
Geta Phædriã laudat.
Ironia.
Duplex accusatio.
Exceptio sui in caussa agenda.
Singula ita proferenda, tanquam plura sint.
Expedita responsio.
Eclipsis.
Istum, per contemptum.

PH.

PH. foris.

DE. Abi Phædria, eum require, atque adduce huc. PH. eo

Recta via equidem illuc. GE. nempe ad Pamphilam. DE. at ego

Deos penateis hinc salutatum domum

Diuortor: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi

Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient,

Vt ne imparatus sim, cum adueniet Phormio.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Adducitur Phormio vt factum defendat, qui hic se instruit cum sene litigaturus.

Trochaici octonarii catalectici.

PHORMIO, GETA.

PH. ITáne patris ais cōspectum veritum hinc abiysse? GE, admodum.

PH. *Phaniū relictā solam? G. sic. P. & iratū senem?

G. Oppidò. P. ad te summa solū Phormio rerū redit:

*Tute hoc intristi, tibi omne est exedēdū: accingere.

G. Obsecro te. PH. si rogitabit. G. in te spes est. PH. acere,

Quid si reddet? GE. tu impulisti. PH. sic opinor. GE. subueni.

PH. Cedo senem: iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.

GE. Quid ages? PH. Quid vis? nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc

Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem senis?

G. O vir fortis, atq; amicus: verùm hoc sæpe Phormio

Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat denique. PH. ah,

Non ita est factum est periclū, iam *pedū visa est via.

Quot me cēses homines iā deuerberasse vsq; ad necē

Simplex est senex, qui Phædriam mittit.

Amicos, id est, aduocatos & testes

Accersitur Phormio, vt defendat factum.

Pulchra respondenti varietas.

Hoc facit ad fallaciā.

Iactantia de consilijs repertis.

Tria promittit, quib. tota Antiphonis caussa constituitur.

Prouerbium à sagittarijs natum.

*Metaphoricos omnino & scurriliter

In accusatorē, & iudices pro iure.

Ac vicit: ||nostráne ea culpa est, an iudicum,
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?
GE. Ni nossem caussam, crederem vera hunc loqui.
DE. An quisquam iudex est, qui posit noscere
||Tua iusta, vbi tute verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? PH. || functus adolescentuli est
Officium liberalis: postquam ad iudices

Translatio caussæ.

Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum obstupefecit pudor.

Geta Phædriā laudat.

GE. *Laudo hunc: sed cesso adire quamprimū senem?
Here salue: saluom te aduenisse gaudeo. DE. oh,
||Bone custos salue, columen vero familiæ,

Ironia.

Cui commendaui filium hinc abiens meum.

Duplex accusatio.

GE. ||Iamdudum te omnes nos accusare audio
Immeritò, & horum me omnium immeritissimò.
Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?

Exceptio sui in caussa agenda.

||Seruom hominem caussam orare leges non sinunt:
Neque testimonij dictio est. DE. mitto omnia: adde
Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:
||Tu seruus: verum si cognata est maxumè,

Singula ita proferenda, tanquam plura sint.

Non fuit necesse habere: sed, id quod lex iubet,
Dotem daretis: quæret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
GE. ||Non ratio, verum argentū deerat. D. sumeret

Expedita responsio.

Alicunde. GE. alicundè? nihil est dictu facilius.
D. Postremò, si nullo alio pacto, vel fœnore.
G. Hui, dixti pulcrè, si quidem quisquam crederet

Eclipsis.

Te viuo. DE. non, non sic futurum est, non potest.
Egóne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nil suaue meritum est. hominem commonstrarier

Istum, per contemptum.

Mihi || istum volo, aut, vbi habitet, demonstrarier.
G. Nempe Phormionē. D. istum patronum mulieris.
GE. Iam faxo hic aderit. DE. Antipho vbi nunc est?

PH.

PH. foris.
DE. Abi Phædria, eum require, atque adduce huc. PH. eo
Recta via equidem illuc. GE. nempe ad Pamphilam. DE. at ego
Deos penateis hinc salutatum domum
Diuortor: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient,
Vt ne imparatus sim, cum adueniet Phormio.

Simplex est senex, qui Phædriam mittit.

Amicos, id est, aduocatos & testes

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Adducitur Phormio vt factum defendat, qui hic se instruit cum sene litigaturus.

Trochaici octonarii catalectici.

PHORMIO, GETA.

PH. Itane patris ais cōspectum veritum hinc abijsse? GE. admodum.
PH. *Phaniū relictā solam? G. sic. P. & iratū senem?
G. Oppido. P. ad te summa solū Phormio rerū redit:
*Tute hoc intristi, tibi omne est exedēdū: accingere.
G. Obsecro te. PH. si rogitabit. G. in te spes est. PH. accere,
Quid si reddet? GE. tu impulisti. PH. sic opinor. GE. subueni.
PH. Cedo senem: iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.
GE. Quid ages? PH. Quid vis? nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem senis?
G. O vir fortis, atq; amicus: verum hoc sæpe Phormio
Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat denique. PH. ah,
Non ita est, factum est periclū, iam *pedū visa est via.
Quot me cēses homines iā deuerberasse vsq; ad necē

Accersitur Phormio, vt defendat factum.
Pulchra respondentis varietas.
Hoc facit ad fallaciā.
Iactantia de consilijs repertis.
Tria promittit, quib. tota Antiphonis caussa constituitur.
Prouerbium à sagittarijs natum.
**Metaphoricos omnino & scurriliter*

Hospites? tum ciues? quo magi' noui, tanto sapius.
Cedo dum, en vnquam iniuriarum audisti mi scriptam dicam?
GE. Qui istuc? PH. || Quia non rete accipitri tenditur, neque miluio,
Qui male faciūt nobis: illis, qui nil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
|| Alijs aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt nihil esse. dices, ducent damnatū domū:
Alere nolunt hominē edacem: & sapiunt mea quidem sententia,
Pro maleficio si beneficium summū nolunt reddere.
G. Nō pote sati' pro merito ab illo tibi referri gratia.
PH. || Immo enim nemo sati' pro merito gratiam regi refert.
Téne asymbolū venire, vnctū, atq; lautum è balneis,
Otiosum ab animo. cum ille & cura, & sumptu absumitur,
Dum tibi fit, quod placeat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas: cena dubia apponitur?
G. Quid istuc verbi est? PH. || Vbi tu dubites, quid sumas potissimum.
Hac, cum ratione ineas, quàm sint suauia, & quàm cara sint:
Ea qui prabet, non tu hūc habeas planè præsentē deū?
G. Senex adest. vide quid agas: prima coitio est acerrima:
Si eam sustinueris, post illa iam, vt lubet, ludas licet.

Allegoricè, & triuialiter.

Diuites periclitantur.

Facetè edacē se vocat.

Summa parasitorum felicitas cibus

Prouerbium suum ipse exponit.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Hæc scena cōcertationem habet Demiphonis, & parasiti Clamipatre vxorem duxerat Antipho: domum reuersus pater illā vult eiicere: contradicit Phormio.

Iam-

Iambici ſenarii

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

D. EN vm quam cuiquam cotumelioſius
Audiſtis factam iniuriam, quam hæc eſt mihi?
Adeſte quæſo. G. iratus eſt. PH. quin tu hoc age:
Iam ego hunc agitabo. || prô deûm immortalium,
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? G. negat.
D. Ipſum eſſe opinor, de quo agebam. ſequimini.
PH. Neque eius patrem ſe ſcire, qui fuerit? G negat.
PH. Nec Stilphonē ipſum ſcire, qui fuerit? G. negat.
PH. || Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens,
Negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit.
GE. Si herum inſimulabis* auaritiæ, malè audies.
DE. O audaciam, etiam me vltro accuſatū aduenit.
PH. || Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeā,
Si illum minus norat: quippe homo iam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè
Se continebat: ibi agrum de noſtro patre
Colendum habebat: ſæpe interea mihi ſenex
Narrabat, ſe hunc negligere cognatum ſuum:
At quem virum? quem ego viderim in vita optumum.
GE. Videas te, atque illum, vt narras. PH. abi in malam crucem:
Nam ni ita eum exiſtumaſſem, numquā tam graueis
Ob hanc inimicitias caperem in voſtram familiam,
Quam is aſpernatur nunc tam inliberaliter.
G. Pergin' hero abſenti malè loqui impuriſſime?
PH. Dignum autem hoc illo eſt. GE. || ain' tandem carcer? DE. Geta.
GE. Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta.
PH. Reſponde. GE. || quis homo eſt? ehem. D. tace. GE. abſenti tibi
Te indignas, ſeq; dignas contumelias

Concertatio Phormionis, & Demiphonis.

Exclamatio per congeminationem miræ vehementiæ.

Conqueſtio ad coronam ſpectatorū.

*malitia.

Veterator callidus hæc omnia fingit

Amphibologia.

Contumelia in paraſitū.

Callida Getæ diſsimulatio.

Numquam cessauit dicere hodie. D. eho, desine.
Adolescens, primum abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas:
Quem amicū tuum ais fuisse istum, explana mihi,
Et qui cognatum me sibi esse diceret.
PH. Proinde expiscare, quasi non nosses. D. nossem?
PH. ita.

Vulgaris disceptatio.

DE. Ego me nego: tu, qui ais, redige ad memoriam.
PH. Eho, tu sobrinum tuum non noras? D. enicas:

subijcere, admonere.

Dic nomen. P. nomen? maxumè. D. quid nūc taces?
*PH. *Perij hercle, nomen perdidi. DE. hem, quid ais?*
PH. Geta,
Si meministi id quod olim dictū est, || subijce, hem,
Non dico: quasi non noris, tentatum aduenis.
D. Egon' autem tento? G. Stilpho. PH. atque adeò, quid mea?
Stilpho est. D. quem dixti? PH. Stilphonem inquam noueras?
D. Neque ego illum noram, neq; mihi cognatus fuit
Quisquā isto nomine. PH. itane nō te horum pudet?

Syncope.

At si || talentūm rem reliquisset decem.

Imprecatio.

*DE. *Dij tibi malè faciāt. PH. primus esses, memoriter*
Progeniem vostram vsq; ab auo atq; atauo proferēs.
D. Ita vt dicis. ego tum si aduenissem, qui mihi
Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face:
Cedo, qui est cognata? G. heus noster, rectè: heus tu caue.
PH. Dilucidè expediui, quibus me oportuit

Senex confidit iusta caussa.

Iudicibus: tum, si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? DE. || filium narras mihi?
Cuius de stultitia dici, vt dignum est, non potest.

**Compendiū conuiciorum*

PH. At tu, qui sapiens es, magistratus adi,*
Iudicium de eadem caussa iterum vt reddant tibi:

**Irridet senē*

Quandoquidem solus regnas, & soli licet

His

Hic de eadem caussa bis iudicium adipiscier.
D. Etsi facta mihi iniuria est, verumtamen
Potius quàm lites secter, aut quàm te audiam,
Itidem vt cognata si sit, id* quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.
PH. Ha, ha, hæ: homo suauis. D. quid est? num iniquom postulo?
An ne hoc quidem ego adipiscar, quod ius publicum est?
PH. Itáne tandem quæso, ciuem vbi abusu's sis,
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere? an,
Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret
Propter egestatem, proximo iussa est dari,
Vt cum vno ætatem degeret: quod tu vetas?
D. Ita, proxumo quidem. at nos vnde? aut quam ob rem? PH. ohe,
||Actum, aiunt, ne agas. D. non agam? immò haud desinam,
Donec perfecero hoc. PH. ineptis. D. sine modò.
PH. Postremò tecum nihil rei nobis Demipho est:
Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Præterierat iam ducendi ætas. D. omnia hæc
||Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cu vxore hac ipsum prohibebo domo.
G. Iratus est. PH. tute idem melius feceris.
D. Itáne es paratus facere me aduorsum omnia
Infelix? PH. metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. GE. bene habent tibi principia. PH. ||quin, quod est
Ferundum, fers? tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos simus. D. ego'n tuam expetam
Amicitiam: aut te visum, aut auditum velim?
PH. ||Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam
Senectutem oblectet; respice ætatem tuam.

*Mos vetus, & obsoletus

||Redit ad cōcordiam.

Ironicè.

Argumenta per interrogationē sunt fortiora.

Prouerbium

Perfecero, subiūctiuus ornatè pro indicatiuo.

||Desinitiuè respondet.

Voluntas est necessitati accomodada

Acerbè ludit Phormio

DE. Te oblectet: tibi habe. PH. minue vero iram. D. hoc age:
Satis iam verborum est: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eijciam: dixi Phormio.
PH. Si tu illā attigeris secus, quàm dignū est liberā,
Irrisoriè ad Getam hæc. Dicam impingam tibi grandem.||dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. GE. intelligo.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Consulit Demipho aduocatos super filij coniugio: vnus suadet, dissuadet alter: tertius nihil dicit, qui se alterutri iūgere debuit: versatur autem in deliberatiuo.

Eiusdem generis.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINVS, CRITO.

Cura est in spe bonorū, solicitudo in metu malorū

D. Q||Vanta me cura, & sollicitudine afficit
Gnatus, qui me & se hisce impediuit nuptijs!
Neque mi in conspectum prodit, vt saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quid' ue sit sententiæ.
Abi tu, vise redierit ne iam, an nondum, domum.
Consultatio cum amicis. GE. Eo. DE.||videtis quo in loco res hæc siet:
Quid ago dic Hegio. HE. ego Cratinum censeo,
Si tibi videtur. DE. dic Cratine. CRA. mene vis?
Captatio beneuolentiæ. DE. Te. CRA.||ego, quæ in rem tuam sint, ea velim facias. mihi
Sic hoc videtur. quod te absente hic filius
Ab honesto. Egit, restitui in integrum,||æquom est, & ll bonum:
*Ab vtili. llEt id impetrabis. dixi. DE. dic nunc Hegio.
|| A possibili HE. Ego sedulò hunc dixisse credo: verum ita est,
Ab honesto, Quot homines, tot sententiæ: suus cuique mos.
& impossibili. *Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptu est. D. dic Crito.
||Critonis consilium. CRI. ll Ego amplius deliberandum censeo:
Res magna est. HE. nunquid nos vis? DE. fecistis

pre-

probe:

I. certior sum multo, quàm dudum. GE. negant
Rediisse. DE. frater est exspectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exsequar.
||Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.
GE. At ego Antiphonem quæram, vt, quæ acta hic sunt, sciat.
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

Fratris consiliū percontantur.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. Antipho se vehementer incusat, quòd ita inconsultò patri se subduxerit, & caussam suā aliis tutandam dederit. Rem totam denique ex Geta cognoscit.

Iambici catalectici & acatalectici octonarij, in fine Trochaici.

ANTIPHO, GETA.

A. E||Nimuero Antipho multimodis cum istoc animo vituperandus es.
Itáne hinc abiisse, & vitā tutandā dedisse aliis tuā?
Alios tuam rem credidisti, quàm te, animaduersuros magis?
Nam, vt vt erant alia, illi certè consuleres, quæ nunc tuæ est domi:
*||Ne quid propter tuam fidē decepta*pateretur mali:*
Cuius nunc miseræ spes, opesq́ sunt in te vno omnes sita.
GE. Equidem here nos iamdudum hic te absentem incusamus, qui abieris.
AN. Te ipsum quærebam. GE. sed ea caussa nihilo magis defecimus.
AN. || Loquere obsecro, quonam in loco sunt res & fortunæ meæ:
*Numquid patri*subolet? GE. nil etiam. AN. ecquid spei porro est? GE. nescio. AN. ah.*

Seipsum imprudentia lamentanter incusat.

Plus Phaniū quàm seipsum curat.
*poteretur

Omnia sua in amica repetit.
*Subolet, metaphora ab odoribus

ab odoribus

GE, Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. AN. nihil fecit noui.

Conuentionem eius, & Phormionis intelligit.

GE. Tum Phormio itidem in hac re, vt in alijs, strenuum hominem præbuit.

AN. Quid is fecit? GE. confutauit verbis admodum iratum patrem.

AN. Heu Phormio. GE. ego, quod potui porro. AN. mi Geta, omnes vos amo.

GE. Sic sese habent principia, vt dico: adhuc tranquilla res est:

Mansurusq́ patruum pater est, dum huc adueniat. AN. quid eum? GE. aiebat,

De eius consilio velle sese facere, quod ad hanc rem attinet.

AN. Quantus metus est mihi, venire huc saluom nunc patruum Geta:

Tanquã sine Phædrio viuere nequeat.

Nam, vt audio, per vnam eius aut viuã, aut moriar sententiam.

GE. Phædria tibi adest. AN. vbinam? GE. eccom à sua palæstra exit foras.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. Phædria lenonem orat, vt venditam militi Pamphilam non tam citò abducendam tradat: se intra triduum numos adnumeraturum, quos pro illius redemptione sit pollicitus.

Trochaici octonarij & iambici, vno addito senario.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO GETA.

Omisso Antiphone producitur alter adolescẽs in scenã, vt

PH. DOrio, audi obsecro. DO. non audio. PH. parumper. DO. quin omitte me.

PH. Audi, quod dicam. DO. at enim tædet iam audire eadem millies.

PH.

PH. At nunc dicam, quod lubenter audias. D. loquere, audio.

PH. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quo nunc abis?

DO. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres noui.

AN. Hei, metuo lenonem, ne* quid suat suo capiti. GE. idem ego metuo.

PH. Non mihi credis? DO. hariolare. PH. sin fidem do. DO. fabulæ.

PH. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices. DO. logi.

PH. Crede mihi, gaudebis facto: verum hercle hoc est. DO. somnium.

PH. Experire, nō est longum. DO. ||cantilenā eandem canis.

PH. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. DO. garris modo.

PH. Adeón' e ingenio esse duro te, atque inexorabili,
Vt neque misericordia, neq; precibus molliri queas?

DO. Adeon' te esse incogitantem atq; imprudentem Phædria,
Vt ||phaleratis dictis ducas me, & meā ductes gratiis?

AN. Miseritum est. PH. hei veris vincor. GE. quàm similis vterque est sui?

PH. Neque, alia Antipho cum occupatus esset sollicitudine,
Tum esse hoc mi obiectum malum? AN. ah, quid istuc autem est Phadria?

PH. O fortunatissime Antipho. AN. egóne? PH. cui quod amas, domi est:
Nec cum huius modi vmquam vsus venit vt conflictares malo.

AN. Mihi domi est? immò, quod aiunt, || auribus teneo lupum.

augeantur turbæ.

Ne fallat, et non tueatur pacta atque fraude aliqua eludat promissum, more eorum, qui splendidis focalibus calana apposita, morbū vulnusne simulet Nā. 2.

Adagium.

||Dur insula blanditio.

Irrisoriè idē principiū, et compositionē seruat.

*Bemb me phaleratis ducas dictis.

Eclipsis subaudi doleo: Huiusmodi malo scilicet lenone.

*Prouerbiū in perplexos.

Nam

Nam neque, vt amittam à me, inuenio: neque, vti retineam, scio.

DO. Ipsum istuc mihi in hoc est. AN. eia, ne parum leno sies.

Num quid hic confecit? PA. hiccine? quod homo inhumanissimus:

Pamphilam meã vendidit. GE. quid vendidit? AN. ain' vendidit?

PH. Vendidit. DO. quàm indignum facinus, ancillam ære emptam suo.

PH. Nequeo exorare, vt maneat, & illo cũ vt mutet fidem,

Triduum hoc, dum, id, quod est promissum, ab amicis argentum aufero.

Ne oppertus. id est, ne exspectes.

Si non tum dedero, vnam præterea horam ne || oppertus sies.

DO. Obtundis. AN. haud longum est quod orat, Dorio exoret, sine:

*Antipho quoque intercedit.

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit.

DO. Verba istæc sunt. AN. Pamphilam'ne hac vrbe priuari sines?

Getæ imprecatio.

Tum tu præterea horũ amorem distrahi poterin' pati

Locus à contrarijs.

DO. Neque ego, neque tu. GE. || dij tibi omnes id, quod est dignum, duint.

DO. || Ego te complureis aduersum ingeniũ meum menses tuli

Pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contrà, omnia

Lenonis auaritia.

Reppert, qui det, neque lacrumet. da locũ melioribus.

AN. Certè hercle, satis si commemini, tibi quidem est olim dies,

*Quam ad dares huic, præstituta. PH. factum. DO. nũ ego istuc nego?

AN.

AN. Iámne ea prætеrijt? DO. non, verùm ei hæc antecessit. AN. non pudet
Vanitatis? DO. minimè, dum ob rem. GE. sterquilinium. PH. Dorio, Eclipsis.
Itane tādē facere oportet? D. sic sū: sic placeo, vtere.
*AN. || Siccine hunc decipis? D. * immò enimuero Antipho hic me decipit:* Correptio. *Correctio.
Nam hic me huiusmodi scibat esse || ego hunc esse aliter credidi. Vafer leno.
Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed vt hæc sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris Phædria, Lenonis decretum.
|| Mea lege vtar, vt potior sit, qui prior ad dandum est. Vale.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. Antipho Getam monet, vt argentum inueniat, quod detur lenoni à Phędria.

Trochaici octonarii, & vnus iambicus quaternarius.

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

PH. Q || Vid faciam? vnde ego nūc tā subitò huic argentum inueniam miser, Consultatio de pecunia.
Cui minæ nihilo est? quod si hic potuisset nunc exorarier vt amissa postea triginta minæ plus turbæ faciāt
Triduum hoc, promissum fuerat. AN. ita'ne hunc patiemur Geta
Fieri miserū, qui me dudū, vt dixti, adiūrit comiter?
Quin, cùm opus est, beneficium rursum ei experimur reddere?
GE. Scio equidem hoc esse æquom. AN. age ergo, solus seruare hunc potes. Ab æquo, & possibili.
GE. Quid faciam? AN. inuenias argentum. GE. cupio, sed, id vnde, edoce.

AN.

Pater, à quo scilicet emungis.

AN. Frater adest hic. *GE.* scio: sed quid tum? *AN.* ah, dictum sapienti sat est.

GE. Itane? *AN.* ita. *GE.* sane hercle pulcrè suades: etiam tu hinc abis?

Metaphora à victoribus

Non triumpho, ex nuptijs tuis, si nil nanciscor mali,

Ni etiam nunc me huius quærere caussa in malo iubeas crucem?

AN. Verũ hic dicit. *PH.* quid? ego vobis Geta alienus sum? *GE.* haud puto:

Prudenter hæc Geta.

Sed parum'ne est, omnibu' quòd nunc nobis succenset senex,

Ni instigemus etiã, vt nullus locu' relinquatur preci?

PH. Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum?

Hem, dum igitur licet, dumq́ adsum, loquimini mecum Antipho:

Contemplamini me. *AN.* quamobrem? aut quidnam facturus? cedo.

Amantis desperatio.

PH. Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,

Aut perire. *GE.* dij bene vortant, quod agas: pedetentim tamen.

Repetitio fastidientis.

AN. Vide, si quid opis potes adferre huic. *GE.* si quid? quid? *AN.* quære obsecro,

Ne quid plus minus've faxit, quod nos post pigeat Geta.

GE. Quæro: saluos est, vt opinor: verum enim metuo malum.

Dictum veterum amicorum.

AN. Noli metuere: vnà tecũ bona, mala tolerabimus.

GE. Quantum argenti opus est tibi? loquere. *PH.* solæ triginta minæ.

GE. Triginta? hui, percara est Phædria. *PH.* istæc verò vilis est.

GE. Age, age, inuentas reddam. *PH.* ò lepidum caput. *G.* aufer te hinc. *PH.* iam opus est.

GE.

GE. Iam feres. sed opu' est mihi Phormionem adiutorem ad rem hanc dari. Phormio opitulatur.

AN. Præsto est: audacissimè oneris quiduis impone, & feret:

Solus est homo amico amicus. GE. eamus ergo ad eum ocyus. Paræmia.

PH. Abi verò: dic, præsto vt sit domi.

AN. Nunquid est, quod mea opera vobis opu' sit? GE. nil: verum abi domum, & Discedere cupit.

Illam miseram, quam ego nunc intus scio esse exanimatam metu,

Consolare cessas? A. nihil est, atque quod faciã lubens.

PH. Qua via istuc facies? GE. dicam in itinere: modo te hinc amoue.

ACTVS IIII. SCNEA I.

ARG. Demipho & Chremes colloquuntur, ambo natu grãdes: narrat hic illi, cur in Lemno diutius hæserit: fit & mentio nuptiarum Antiphonis.

Iambici senarii.

DEMIPHO, CHREMES.

DE. QVid? qua profectus caussa hinc es Lemnum Chremes: Simplex narratio.

Adduxtin' tecum filiam? CH. non. D. quid ita non?

CH. Postquam videt me eius mater hic esse diutius,

Simul autem non manebat ætas virginis

Meam neglgentiam: ipsam cum omni familia ad

Me profectam, esse aiebant. DE. quid illic tam diu

Quæso igitur commorabare, vbi id audiueras? Quærit caussam moræ.

CH. Pol me detinuit morbus. D. vnde? aut qui? CH. rogas?

Senectus ipsa est morbus: sed venisse eas

Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.

D. Quid gnato obtigerit me absente, audistin' Chreme?

CH.

Factum, scilicet nuptiarum. CH. Quod quidem me factũ consilij incertum facit:
Nam hanc conditionem, si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut vnde mihi || sit, dicendum ordine est.
|| Vide Riuiũ filia scilicet. Te mihi fidelem esse æquè, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Honesta, & familiaris locutio. Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreuerit me: plus, quàm opus est scito, sciet:
Vereorq́ue, ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si sit, vt me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
DE. Scio ita esse, & istæc mihi res sollicitudini est:
Neque defatiscar vmquam adeò experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Tota hæc scena est Getæ exultantis duos sibi senes offerri, quos fallere possit.

Eiusdem generis.

GETA.

Exsultantis verba. E || Go hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem. venio ad hominẽ, vt dicerẽ
** Venustè & comicè hominẽ repetit* Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
Vtriq́ue cupit gratari. || Gaudebat: me laudabat: quærebat senem:
Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phædria se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quàm Antiphoni. || hominẽ ad forum
Iucundè hominem tertio repetit. Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum: quis est vlterior? at at Phædria
Pater venit: || quid pertimui autem bellua?
Seruilis sententia. An quia, quos fallam, pro vno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier.
Hinc, id est, ab hoc, Demiphone scilicet. Petam || hinc, vnde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem?

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG.

Animo virili præsentiq; vt sis, para.
Vides tuum peccatum esse elatum foras,
Neque iam id celare posse te vxorem tuam:
Nunc, quid ipsa ex alijs auditura sit Chreme,
Id nosmet indicare, placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. PH. at at, nisi mihi prospicio, ||hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
CH. At vereor, vt placari possit. DE. bono animo es:
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cum è medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi.
PH. Itáne mecum agitis? satis astutè aggredimini:
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho.
An tu, vbi peregre, tibi quod lubitum fuit, feceris,
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ,
Nouo modo ei quin faceres contumelias:
Venias nunc precibus||lautum peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Vt ne restinguas, lacrumis si extillaueris.
DE. Malum, quod isti dij, deæq; omnes duint.
Tantáne affectum hominē quemquam esse audacia?
Nônne* hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? CH. in id redactus sum loci,
Vt nesciam prorsus, quid agam cum illo. D. ego scio:
In ius eamus. PH. in ius: huc, si quid lubet.
D. Assequere, ac retine, dum huc ego seruos euoco.
G. Enim solus nequeo: accurre huc. P. vna* iniuria est
Tecum. CH. lege agito ergo. PH. altera est tecum Chreme.
DE. Rape hunc. PH. itáne agitis? enimuero voce est opus.
Nausistrata exi. CH. os opprime. D. impurum vide,
Quantū valet. PH. Nausistrata inquā. CH. nō taces?
PH. Taceam? D. ni sequitur, pugnos in ventrem ingere.
PH. Vel oculum exsculpe. est, vbi vos vlciscar probè.

Ab honesto.
Ab vtili.

Metaphora ab auibus inuiscatis.

Perstat in metaphora.

Lautū id est purgatum

Metaphora.
Interrogationes miræ indignationis.
*Seruius legit hic c supra illud Virgil. 11. Aen. Iuga sola petebat Solorū nemorum.
||Vide turbas.
*Iniuria, id est actio iniuriarum.

Factum, scilicet nuptiarum.
||Vide Riuiũ filia scilicet.
Honesta, & familiaris locutio.

CH. Quod quidem me factũ consilij incertum facit:
Nam hanc conditionem, si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut vnde mihi||sit, dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse aeque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreuerit me: plus, quàm opus est scito, sciet:
Vereorq́; ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Quod si fit, vt me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
DE. Scio ita esse, & istaec mihi res sollicitudini est:
Neque defatiscar vmquam adeo experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Tota haec scena est Getae exultantis duos sibi senes offerri, quos fallere possit.

Eiusdem generis.

GETA.

Exsultantis verba.
** Venustè & comicè hominẽ repetit*
Vtriq; cupit gratari.
Iucundè hominem tertio repetit.
Seruilis sententia.
Hinc, id est, ab hoc, Demiphone scilicet.

EGo hominem callidiorem vidi neminem,
Quàm Phormionem. venio ad hominẽ, vt dicerẽ
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:
||Gaudebat: me laudabat: quaerebat senem:
Dijs gratias agebat, tempus sibi dari,
Vbi Phaedriae se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quàm Antiphoni. || hominẽ ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum: quis est vlterior? at at at Phaedriae
Pater venit: || quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier.
Petam || hinc, vnde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem?

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG.

Animo virili præsentiq; vt sis, para. *Ab honesto.*
Vides tuum peccatum esse elatum foras, *Ab vtili.*
Neque iam id celare posse te vxorem tuam:
Nunc, quid ipsa ex alijs auditura sit Chreme,
Id nosmet indicare, placabilius est.
Tum hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. PH. at at, nisi mihi prospicio, ||hæreo: *Metaphora*
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. *ab auibus*
CH. At vereor, vt placari possit. DE. bono animo es: *inuiscatis.*
Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus Chreme,
Cum è medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi.
PH. Itane mecum agitis? satis astute aggredimini:
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho. *Perstat in*
An tu, vbi peregre, tibi quod lubitum fuit, feceris, *metaphora.*
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ,
Nouo modo ei quin faceres contumelias: *Lautũ id est*
Venias nunc precibus ||lautum peccatum tuum? *purgatum*
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam dabo,
Vt ne restinguas, lacrumis si extillaueris. *Metaphora.*
DE. Malum, quod isti dij, deæq; omnes duint. *Interroga-*
Tantane affectum hominẽ quemquam esse audacia? *tiones miræ*
Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier* *indigna-*
In solas terras? CH. in id redactus sum loci, *tionis.*
Vt nesciam prorsus, quid agam cum illo. D. ego scio: **Seruius le-*
In ius eamus. PH. in ius: huc, si quid lubet. *git hic c su-*
D. Assequere, ac retine, dum huc ego seruos euoco. *pra illud Vir*
G. Enim solus nequeo: accurre huc. P. vna iniuria est* *gil. 11. Aen.*
Tecum. CH. lege agito ergo. PH. altera est tecum *Iuga sola pe-*
Chreme. (pus. *tebat Solorũ*
DE. Rape hunc. PH. itane agitis? enimuero voce est o- *nemorum.*
Nausistrata exi. CH. os opprime. D. impurum vide, *||Vide tur-*
Quantũ valet. PH. Nausistrata inquã. CH. nõ taces? *bis.*
PH. Taceam? D. ni sequitur, pugnos in ventrem ingere. **Iniuria, id*
PH. Vel oculum exsculpe. est, vbi vos vlciscar probè. *est actio in-*

 AC- *iuriarum.*

ACTVS V. SCENA VIII.

ARG. Phormio Chremeté prodit vxori de altera cōiuge: Chremes grauiter obiurgatur: Phormio exsultat, tā probè se vltum esse senes. Demipho pro fratre intercedit et orat, vt huic vxor factū cōdonet. Ea neq; se ignoscere dicit, neq; promittere quidquā, sed filij iudicio permittere omnia.

Iambici senarii, & trochaici octonarii.

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

N. QVis nominat me? CH. hē. NA. quid istuc turbæ est obsecro
Mi vir? PH. hē quid nūc obticuisti? NA. quis hic homo est?
Non mihi respondes? PH. hiccine vt respondeat,
Qui hercle, vbi sit, nescit. CH. caue isti quidquā credas.
PH. Abi, tange: si non totus friget, me enica.
CH. Nihil est. NA. quid ergo est? quid istic narrat?
PH. iam scies:
Ausculta. CH. pergin' credere? NA. quid ego obsecro
Huic credam, qui nil dixit? PH. delirat miser
Timore. NA. non pol temere est, quod tu tam times.
CH. Ego timeo? PH. rectè sanè: quando nihil times,
Et hoc nihil est, quod dico ego, tu narra. DE. scelus.
Tibi narret? PH. eho tu, factum est abs te sedulò
Pro fratre. NA. mi vir nō mihi narras? CH. at. NA. quid at?
CH. Non opus est dicto. PH. tibi quidem: at scito huic opus est
In Lemno. CH. hem quid ais? D. non taces? PH. clam te. CH. hei mihi.
PH. Vxorem duxit. NA. mi homo, dij melius duint.
PH. Sic factū est. NA. perij misera. PH. & inde filiā
Suscepit iam vnā, dum tu dormis. CH. quid agimus?
NA. Pro dij immortales, facinus indignū, & malū.
PH. Hoc actum est. NA. an quidquam hodie est factum indignius?

Audiēs clamosi Phormionis vocē hæc dicit.

Physicè.

Virg. 3 Aen. Gelidusq; coit formidine sanguis.

**Vide timorem Chremetis.*

||Ironicôs, stomachosè.

Blandè.

Interrumpit vterque narrationē Phormionis.

Exclamatio cū suo verbo.

**Amplif-*

Qui

Qui mi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes.
Demipho, te appello: nã me cũ hoc ipso distadet loqui.
Haeccine erant itiones crebrae, & mansiones diutinae
Lemni? haeccine erat, quae nostros fructus minuebat, vilitas?
DE. Ego Nausistrata esse in hac re culpã meritã non nego,
Sed eam, quae sit ignoscenda. P. verba fiunt mortuo.
DE. Nam neq; neglgẽtia tua, neq; odio id fecit tuo.
Vinolẽtus fere abhinc annos quindecim mulierculam
Eam compressit, vnde haec nata est, neque post illa vmquam attigit.
Ea mortem obijt: e medio abijt: qui fit in re hac scru(pulus?
Quam ob rem te oro, vt alia facta tua sunt, aequo animo hoc feras.
NA. Quid ego aequo animo? cupio misera in hac re iam defungier.
Sed quid sperẽ? aetate porro minu' peccaturũ putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma, atque aetas nunc magis expetenda est Demipho?
Quid mihi affers, quam ob rem exspectem, aut sperẽ porro non fore?
PH. Exsequias Chremeti, quibus commodum est ire, hem tempus est.
Sic dabo: age age nũc, Phormionẽ, qui volet, lacessito:
Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.
Redeat sane in gratiam: iam supplicij satis est mihi.
Habet hic, ci qd, dum viuat, vsq; ad aurẽ obganniat.
N. At meo merito credo. quid ego nũc commemorem Demipho
Singillatim, qualis in stũ fuerim? DE. noui aequè om(nia
Tecum. NA. merito n' meo hoc videtur factum? DE. minime gentium;

catio digna muliere.

Causae deriuatio.

Oratoria deprecatio.

A cõiecturis

Vide Riui.

Insultat Chremeti, tanquã iam mortuo,

Iactantia de male cellis.

Verùm, quando iã accusando fieri infectũ nõ potest,
Ignosce: orat, confitetur, purgat: quid vis amplius?
PH. Enimuero, prius quam hæc dat veniam, mihi prospiciam & Phædriæ.
Heus Nausistrata, prius quàm huic respondes temere, audi. NA. quid est?
PH. Ego minas triginta ab isto per fallaciam abstuli:
Eas dedi tuo gnato. is pro sua amica lenoni dedit.
C. Hẽ quid ais? N. adeon' indign⁹ tibi videtur, filius
Homo adolescẽs vnã si habet amicã? tu vxores duas.
Nil pudere? quo ore illum obiurgabis? responde mihi.
D. Faciet, vt voles. N. immò, vt iam scias meam sententiam,
Neque ego ignosco, neque promitto quidquam, neque respondeo, (ius
Prius quàm gnatũ video: eius iudicio permitto omnia:
Quod iubebit, faciã. Ph. mulier sapiens es Nausistrata
NA. Satin' id est tibi? PH. immò verò pulcrè discedo, & probè:
Et præter spem. NA. tuum nomen dic quod est. PH. mihi? Phormio,
Vestræ familiæ hercle amic⁹, & tuo summ⁹ Phædriæ.
NA. Phormio, at ego ecastor posthac tibi, quod potero, & quæ voles,
Faciamq́, & dicam. PH. benignè dicis. NA. pol meritum est tuum.
PH. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? NA. cupio. PH. me ad cenam voca.
NA. Pol verò voco. D. eam⁹ intro hinc. NA. fiat: sed vbi est Phædria.
Iudex noster? PH. iam hic faxo aderit. Vos valete, & plaudite.

Aliud malũ dicturus.
Gnato, Phædria, scilicet.
Excusat filij amorem
Duriuscula est Nausistrata.
Filium iudicem cõstituit
Catastrophe
Pollicetur operã suam.
Dictum in tumidos.

IN HECYRAM ARGVMENTVM.

PAMPHILVS, Phidippi è Sostrata vxore filius, Bacchidē meretricē deperibat: is cū aliquādo noctu ad eā temulētus iret, in Philumenam, Lachetis, & Myrrhinæ filiam, incidit, eámque in via per vim compressit: atque ita effugit, vt neque ipse eā, neq; puella ipsum cognoscere potuerit. in illa autē lucta etiā anulū ei detraxit, eūq; Bacchidi dono dedit. paullò post pater eū, tùm vt à meretricio amore auerteret, tū vt præsidium suæ senectuti pararet, ad vxorē ducēdam perpulit. contigit, vt ea ipsa vxor ei daretur, quā ipse constuprauerat: gaudente admodū puellæ matre, quę, quia sola cōscia erat filiam è stupro grauidā esse, quāprimū eā collocare properabat: vt: si fortè post aliquot mēses pareret, nuptiis, quemadmodū sępe fit, obtegeretur stuprū. cecidit res longè aliter, ac putabatur. etenim Pāphilus, qui inuitissimus adiecisset animū ad rem vxoriā, quiq; auellere se derepēte à Bacchidis amore nō posset, ita dormiit cū vxore, vt eā ne attigerit quidē. Bacchis, quòd, ea viua numquā se vxorem ducturū, sępe ei promiserat Pamphilus, nōnullā sibi ab eo factā iniuriā putans, multo ei minus, quàm solebat, placida & obsequens esse cœpit. eo factū est, vt Pamphilus ei se paullatim subduxerit, quamq; prius spernebat vxorē, eius mirificū quēdā amorē animo cōceperit. interea quiddā accidit, vt iter Pamphilo in Imbrū esset. profecto eo, Philumena, quę intū escere sibi vterum sentiret, cum aliorum, tum so-

crus in primis suæ conspectũ refugiebat, tãdem cùm in eo esset, vt celare vix posse amplius videretur, sumpta occasione, per sacrificãdi speciẽ, ad matrem se, vnam omnium rerũ consciã, confert post dies complusculos mittit Sostrata, qui eam accerserent. respondetur, ægrotã esse. it, vt eam saltẽ viseret. non admittitur. Phidippus accusare vxorem, & dicere, hæc omnia illius culpa contingere. illa cõtra excusare se, & culpã deprecari: nullius se rei consciã esse, cur sua cõsuetudo nurui odiosa esse debeat. interea rediit Pamphilus. atque ita fors tulit, vt quo die ipse Athenas appulit, eo ipso, Philumena partu leuaretur. cùm igitur, videndi cupidus, (ægrotare enim acceperat, & ita amabat, vt qui vehemẽtissime) subitò ad eam ingressus esset, peperisse deprehendit. ibi cum Myrrhina exeuntem prosecuta, lacrumans, obtestari, cœpit, quãdo ea res nihil ipsi nocitura esset: ne reciperet quidẽ vxorem, si ita videretur: sed tamẽ ne famam illius proderet. ita se facturũ recipit. cum igitur neq; vellet vxorem recipere, neque rursum veram afferret caussam: suspicati sunt senes, eũ, Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de caussa ab vxore abhorrere. accersitam itaque Bacchidẽ obiurgat Phidippus. ea, cũ se illi purgasset, iubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam suspicionem adimere. ingreditur, anulũ habens in digito, quẽ olim Philumenę ereptũ, sibi dederat Pamphilus. is anulus effecit, vt, vitiatam esse ab ipso Pamphilo Philumenã, cognosceretur. Lætus Pamphilus & vxorem & filium recipit.

HECY-

LECTRAE PERSONAE, SIVE INTERLOQVVTORES.

SYRA, anus.
PHILOTIS, meretrix.
LACHES, senex.
SOSTRATA, mulier.
PAMPHILVS, adolescens.
PARMENO, seruus.
SOSIA, seruus.
BACCHIS, meretrix.
PHIDIPPVS, senex.
MYRRHINA, mulier.

Sequentium tantum hic mentio fit.

PHILVMENA.
SCIRTVS, puer.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

VXorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Eiusq; per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum est: nuptā haud attigit.
Hanc mater vtero grauidam, ne id sciat socrus,
Vt ægram ad se transfert: reuertit Pamphilus:
Deprehendit partum: celat: vxorem tamen
Recipere non volt. pater incusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ forte agnoscit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

ACTA LVDIS ROMANIS SEX. Iulio cæs. Cn. Cornelio Dolabella, Æ. dil. Cur. non est peracta tota. Modos fecit Flaccus Claudij tibiis parilib. Cn. Octauio, T. Manlio cos. Relata est iterũ ludis funebribus. Relata est tertio Q. Fuluio L. Marcio ædilibus curulibus.

PROLOGVS.

Propositio. qua petit explosam antea cognosci.



Ecyra est huic nomen fabulæ. hæc cum data
Est noua, nouum interuenit vitium, & calamitas,
Vt neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc planè est pro noua:
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, vt iterum possit vendere.
Alias cognostis eius: quæso hanc noscite.
Orator ad vos venio ornatu prologi.
Sinite exorator sim, eodem vt iure vti senem
Liceat, quo iure sum vsus adolescentior,
Nouas qui exactas feci vt inueterascerent,
Ne cum poeta scriptura euanesceret.
In his, quas primum Cæcilij didici nouas,
Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Quia scibam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.
Easdem agere cœpi, vt ab eodem alias discerem
Nouas studiosè, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci, vt spectarentur. vbi sunt cognita,
Placita sunt. ita poetam restitui in locum,

Noluit Ter. desertam fabulam denuo introduci. quod ne desperatione fauoris popularis videatur facere, auaritiã suã prætexit, vt secundo eam liceat histrionibus vendere.
Nam. 2.
Confirmatio ab exemplis

Prope

Prope iam remotum iniuria aduorsarium
Ab studio, atque ab labore, atque ab arte musica.
Quod si scripturam spreuissem in præsentia, &
In deterrendo voluissem operā sumere,
Vt in otio esset, potius quàm in negotio:
Deterruissem facilè, ne alias scriberet.
Nunc quid petā, mea caussa, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Numquam agere licitum est, ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra intelligentia
Sedabit, si erit adiutrix nostra industriæ.
Cùm primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eòdem accessit exspectatio:
Comitum conuentus, studium, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi vti consuetudine,
In experiundo vt essem: refero denuo:
Primo actu placeo: cùm interea rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus conuolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
Interea ego meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est. otium, & silentium est:
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos. facite, vt vestra auctoritas
Meæ auctoritati fautrix, adiutrixq́ue sit.
Si numquam auarè statui precium arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
Quam maxume seruire vostris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, & se in vostram commisit fidem,
Ne eum circumuentum inquè iniqui irrideant.

Artē musicā poëticen appellat, Nan. Misc. lib. 2.

Redit ad propositionē: & amplificat per querelā quod antè fuerit explosa.

Cur explosa sit.

Altera explosio.

Argumētum ab arte, à meritis.

*Attētos, & beneuolos reddit.

Peroratio. *Mea caussa caussam hanc accipite, & silentium*
Date: vt lubeat scribere alijs, mihiq; vt discere
Nouas expediat. posthac pretio emptas meo.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. Philotis & Syra indignè ferunt Pamphilū vxorem duxisse, relicta quā amare videbatur Bacchide. & protaticæ sunt personæ, nam extra fabulę argumētum inducuntur, vt Parmenoni detur occasio commemorādi argumēti.

Iambici senarii.

PHILOTIS, SYRA.

PH. PEr pol quàm paucos reperias meretricibus
Fideleis euenire amatores: Syra.
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,
Quàm sanctè, vt quiuis facilè posset credere,
Numquam illa viua ducturum vxorem domum.
Audax ad mala persuasio. *Hem duxit. SY. ergo propterea te sedulò*
Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereat,
Quin spolies, mutiles, laceres, quemquem nacta sis.
PH. Vtin' eximiū neminem habeam? SY. neminem:
Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit,
Quin ita paret sese, abs te vt blanditijs suis
Quàm minimo pretio suam voluptatem expleat.
Hiscine tu amabo non contrà insidiabere?
PH. Tamen eandem pol esse omnibus, iniurium est.
SY. Iniurium est autem vlcisci aduorsarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi?
Eheu me miseram, cur non aut istæc mihi
Ætas & forma est, aut tibi hæc sententia?

ACTVS I. SCENA II.

ARG. Redeunti peregrè Philoti Parmeno totius narrat argumentum fabulæ.

Eiusdem generis.

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

PA.

PA. SEnex si quæret me, modò isse dicito
Ad portum, percontatum aduentum Pāphili.
Audin' quid dicam, Scirte? si quæret me, uti
Tum dicas: si non quæret, nullus dixeris:
Aliàs ut uti possim causa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? unde hæc aduenit?
Philotis, salue multum. PH. ô salue Parmeno.
SY. Salue mecastor Parmeno. PA. & tu ædepol Syra.
Dic mihi Philoti, vbi te oblectasti tamdiu?
PH. Minimè me equidē oblectaui, quæ cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
Biennium ibi perpetuum misera illum tuli.
PA. Ædepol te desiderium Athenarum arbitror
Philotium cepisse sæpe, & te tuum
Consilium contempsisse. PH. non dici potest,
Quàm cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
Vosq; hic videndi, antiqua ut consuetudine
Agitarem inter vos liberè conuiuium:
Nam illi haud licebat nisi præfinito loqui
Quæ illi placerent. PA. haud opinor commodè
Finem statuisse orationi militem.
PH. Sed quid negoti hoc? modò quæ narrauit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego numquam credidi
Fore, ut ille hac viua posset animum inducere
Vxorem habere. PA. habere autem? PH. eho tu, an non habet?
PA. Habet, sed firmæ hæ vereor ut sint nuptiæ.
PH. Ita dij deæq; faxint, si in rem est Bacchidis.
Sed qui istuc credam ita esse dic mihi Parmeno.
PA. Non est opus prolato: hoc percontarier
Desiste. PH. nempe ea caussa, ut ne id fiat palam.
Ita me dij bene ament haud propterea te rogo, ut
Hoc proferam, sed tacita ut mecum gaudeam.
PA. Numquā dices tam commode, ut tergū meum

Illi, pro illis Infra Act. 3. Sc. 4. ne me frustra illi exspectet. E. Act. 5. Sce. 8 dum illi sedeo.

Sensim ad narrationem accedit.

Varijs verbis moraleis facetias internectit.

Tuam in fidem committam. PH. ah noli Parmeno:
Quasi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego, quæ perconter, scire. PA. vera hæc prædicat:
Et mi illud vitium maxumum est. si mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis.
Fidem do, loquere. PA. ausculta. PH. istic sum. PA. hanc Bacchidem

Narratio. quæ occasionem fabulæ continet.

Amabat, vt cùm maxumè, tum Pamphilus,
Cùm pater, vxorem vt ducat, orare occipit:
Et hæc, communia omnium quæ sunt patrum,

* Communes patrum persuasiones.

Serem se dicere esse, illum autem esse vnicum
Præsidium velle se senectuti suæ.
Ille primò se negare. sed postquam acrius

|| Latens excusationis ratio.

Pater instat, fecit animi vt incertus foret,
Pudorin', ánne amori obsequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit senex.
Despondit gnatam ei huius vicini proxumi.
Vsque illud visum est Pamphilo neutiquam graue,

Amatoris affectus in nuptias.

Donec iam in ipsis nuptijs. postquam videt
Paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari:
Ibi demum ita ægrè tulit, vt ipsam Bacchidem,

*Hyperbolicos.

Si adesset, credo ibi eius commiserescéret.
Vbicumque datum erat spatium solitudinis,
Vt conloqui mecum vna posset: Parmeno
Perij, quid ego egi in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno perij miser.

Apostrophe, & imprecatio ad absentem.

PH. At te dij deæq; perduint cum isto odio Laches.
PA. Ad pauca vt redeam, vxorem deducit domum:
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.

Affectus meretricis.

PH. Quid ais? cum virgine vna adolescens cubuerit,
Plus potus, * illa se abstinere vt potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.

* Illac, pro illa.

PA.

PA. Credo ita videri tibi: nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.
PH. Quid deinde fit? PAR. *diebus sane pauculis
Post Pamphilus me solum seducit foras,
Narratq;, vt virgo à se integra etiam tum siet:
Seq; ante, eam quàm vxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, vt accepi à suis,
Neque honestum mihi, neque vtile ipsi virgini est.
PH. Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili.
PA. Hoc ego proferre, incōmodū esse mihi arbitror:
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viti,
Superbum est: sed illam spero, vbi hoc cognouerit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
PH. Quid interea? ibatne ad Bacchidem? PAR. quotidie:
Sed, vt fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multo, & magis procax facta illico est.
PH. Nō ædepol mirū. PA. atqui ea res multo maxumè
Disiunxit illum ab illa, postquam & ipse se,
Et illam, & hanc quæ domi erat, cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum æstimans.
Hæc, ita vti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atque iniurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huius iniuria,
Paulatim elapsus est Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horum, ea ad hos redibat *lege hereditas.
Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.

Consutatio meretricis.
*Iactantia serui de familiaritate domini.

Prosequitur Parmeno ipsa Pamphili verba.

Philotis gestit cætera audire.

atque.

Vis amoris his verbis exprimitur.

conuenit con cœdiæ.
* Bembus de lege red.
||Relinquit.

||Reliquit cum matre hic vxorem: nam senex
Rus abdidit se, huc raro in vrbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
PAR. Nunc audies. primum dies complusculos
Bene conueniebat sane inter eas. interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam.
Neque lites vllæ inter eas, postulatio

Parmeno odio adscripsit, quod pudoris erat.

Numquam. PH. quid igitur? PAR. si quando ad eam accesserat
Confabulatum fugere è conspectu illico,
Videre nolle. denique, vbi non quit pati,
Simulat se à matre accersi ad rem diuinam, abit.
Vbi ibi est dies complureis, accersi iubet.
Dixere caussam tunc nescio quam. iterum iubet:
Nemo remisit. postquam accersunt sæpius,
Ægram esse simulant mulierem. nostra illico
Ita visere ad eam: admisit nemo. hoc vbi senex
Resciuit, heri ea caussa rure aduenit huc,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.

Reliquũ argumẽti actoribus reseruat, per quod suspensum, & attentũ reddit spectatorem.

Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
Nisi sanè cura est, quorsum euenturum hoc siet.
Habes omnem rem. pergam quo cœpi hoc iter.
PH. Et quidẽ ego iam constitui cum quodã hospite
Me esse illum conuenturam. PAR. dij vortant bene
Quod agas. PHI. vale. PAR. & tu bene vale Philotiũ

ACTVS II. SCENA I.

ARG. Sostratam vxorem accusat Laches, quod nurũ Philumenam duritie sua & morum incommoditate domo eiecerit. Socrus cõtrà nihil tale à se peccatum esse contendit.

Iambici octonarii & pauci senarii admixtis Trochaicis octonariis.

LACHES, SOSTRATA.

LA.

LA. PRò deûm atque hominum fidem, quod hoc genus est, quæ hæc coniuratio,

Exclamatio senilis in mulierum morositatem: estque id exordium orationis.

Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quidquam ab aliarum ingenio ullam reperias:
Itaque adeo vno animo omnes socrus oderunt nurus. viris
Esse aduorsas, æquè studiũ est, similis est pertinacia.
In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam: &
Ei ludo, si ullus est, magistrã hãc esse satis certò scio.
SO. Me miseram, quæ, nunc quamobrem accuser, nescio. LA. hem

Exclamatio ad misericordiam cõmouendam.

Tu nescis? SO. non, ita me dij bene amẽt mi Laches,
Itaq; vna inter nos agere ætatẽ liceat. LA. dij mala prohibeant.
SO. Meque abs te immeritò esse accusatam, post modò resciscies. LA. scio.
Te immeritò? an quidquam pro istis factis dignum te dici potest,
Quæ me, & te, & familiã dedecoras, filio luctũ paras?

Exaggeratio & amplificatio.

Tu autẽ, ex amicis inimici vt sint nobis affines, facis:
Qui illum decrêrunt dignum, suos cui liberos committerent.
Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.
SO. Egòne? LA. tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem, putas.

Mulier, emphasin habet

An, quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hic vitam vostrorum exigat?
Multò melius, hic quæ fiunt, quam illi, vbi sum assiduè, scio:

Tollit opinionem suspicionis.

Ideo quia, vti vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris

Iampri-

Propositio querela. Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam:
Minimeq; adeò mirum. & ni id fecisset, magi' mirum foret.
Sed non credidi adeò, vt etiã totã hãc odisset domũ.
Comminatio eiectionis. Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At vide, quàm immeritò ægritudo hæc oritur mi abs te Sostrata.
Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei seruiens:
Sumptus vestros, otiumq; vt nostra res posset pati,
Exaggerat indignitatẽ à suis meritis. Meo labori haud parcens, præter æquom atque ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, ne quid ægrè esset mihi?
S. Non mea *opera, neque pol culpa euenit. L. immò maxume.
**Opera scientes, culpa nescientes lædimus.* Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa sola, Sostrata.
Quæ hic erãt, curares: cũ ego vos solui curis ceteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet:
Illius dices culpa factum. S. haud equidem dico, mi Laches.
Defensionẽ præuenit. L. Gaudeo (ita me dij ament) gnati caussa: nam de te quidem,
Sati' scio, peccando detrimenti nil fieri potest. (rit,
Peccãdo detrimenti hoc est, non potest fieri peior. S. Qui scis, an ea caussa mi vir me odisse assimulaue-
Vt cum matre vna plus esset? L. quid ais? non signi sat est,
Quòd heri nemo voluit visẽtẽ te ad eã intromittere?
||Obiectio. S. Enim lassam oppidò tum aiebant: eò ad eam non admissa sum.
Socrus morosa accusatur. L. Tuos esse illi mores morbum magi' quàm vllam aliam rem arbitror:
Et meritò adeò: nam vostrarum nulla est, quin gnatum velit

Duce-

Ducere uxorē: & qua vobis placita cōditio est datur:
Vbi duxere impulsu vostro, vostro impulsu easdem exigunt.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. Laches remitti cupit nurum suam: pater Phidippus dicit non posse eā perdurare apud socrum absente Pamphilo.

Iambici octonarii catalectici.

PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA.

PH E*T si scio, Philumena, meum ius esse, vt te cogam,*
Qua ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus faciam
Vti tibi concedam, neque tua libidini aduorsabor.
L. Atque eccum Phidippum optume video: ex hoc iam scibo, quid sit.
Phidippe, esse ego meis omnibus scio me apprime obsequentem:
Sed nō adeò, vt facilitas mea illorū corrūpat animos.
Quòd si tu idem faceres, magis in rem & nostram, & vostram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. P. eia verò.
LA. Adij te heri de filia: vt veni, itidem incertum amisti.
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatē hanc,
Celare te iras. si quid est peccatum à nobis, profer:
*Aut ea, *refellendo, aut purgādo vobis, corrigemus,*
Te iudice ipso. sin ea est caussa retinendi apud vos,
Quia agra est: te mi iniuriam facere arbitror, Phidippe,
Si metuis, satis vt mea domi curetur diligenter.
At ita me dij ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,
Vt tu illam saluam magis velis, quàm ego: id adeò

Philumena patri multa prælocuta fuit, cui respondet.
**Eadem sententia, qua superioris scena, sed est sparsa in personas.*
Refellit, qui negat, purgat, qui fatetur, & tā defendit.
Amicorum officium.

gnati caussa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quàm se ipsum, magnificare.
Neque adeo me clam est, quàm esse eum grauiter laturum credam,
Hoc si resciuerit. eò, domum studeo hæc prius, quàm ille huc redeat.
PH. Laches, & diligentiam vestram, & benignitatē
Noui: &, quæ dicis, omnia esse vt dicis, animum induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim vllo modo. LA. quæ res te facere id prohibet?
Eho, numquidnā accusat virum? PH. minimè: nam postquam attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, sanctè adiurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alijs vitij est. leni ego animo sū nat⁹:
Non possum aduorsari meis. LA. hem Sostrata. SO. heu me miseram.
LA. Certumne est istuc? PH. nunc quidem, vt videtur: sed numquid vis?
Nam est, quod me transire ad forum iam oportet. LA. eo tecum vna.

magni facere. ||Subtiliter oneratur culpa nurus recedentis. Principium laudationis à personis. Ehò, cū gestu de propè secreta inquirentis. Paterna lenitas. Ecclipsis.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. Sostrata queritur genus mulierum nimis esse suspectum viris.

Trochaici octonarij.

SOSTRATA.

ÆDepol næ nos æquè sumus omnes inuisæ viris,
Propter paucas, quæ omnes faciunt, dignæ vt videamur malo.
Nam, ita me ament di, quòd me accusat nunc vir, sum

Querela. Sententia defensoria, con-

sum extra noxiam,
Sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt, socrus
Omneis esse iniquas. haud pol me equidem: nam numquam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mi eueniat, scio.
Nisi pol filium multimodis iam exspecto vt redeat domum.

tra accusationem generis totius.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. Pamphilus queritur se absente vxorē ad suos abiisse, relicta socru.

Octonarii iambici & trochaici: item iambici senarii.

PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

P. NEmini ego plura acerba esse ex amore homini vmquam oblata credo,
Quam mihi. heu me infelicem, hanccine ego vitam parsi perdere?
Haccine ego caussa eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat præstabilius, vbiuis gentium ætatem agere,
Quàm huc redire? atque, hæc ita esse, miserum me rescisciere?
Nam nos omnes, quibus alicunde aliquis obiectus est labos,
Omne quod est interea tempus, prius quàm id rescitum est, lucro est. (ries.
PAR. At sic citius qui te expedias his ærumnis, repe-
Si nō redijsses, hæ iræ factæ essent multo ampliores:
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio reuerituras.

Viā fit ernit ad epitasin. Pamphilo enim iam tandem innotescit incōmodum, ad quē maxime pertinebat. Magna loci detestatio.

Rem cognosces, iram expedies: restitues rursum in gratiam.

Consolatio à quātitate. Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum.

Amatores cōsolatio angit, nō lenit. PAM. Quid consolare me? an quisquam vsquā gentium est æque miser?

Prius quàm hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:

Iam in hac re vt taceam, cuiuis facile scitu quàm fuerim miser.

Tamen numquam ausus sum recusare eam, quam mi obtrudit pater.

Implicatio continuarum miseriarum. Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expediui animum meum:

Vixq̃ huc contulerā, hem noua res orta est, porrò ab hac quæ me abstrahat.

Tum matrem ex ea re me aut vxorem in culpa inuenturum arbitror.

Quod cùm ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò vt fiam miser?

A iusto, & decenti. Nā matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:

* Ab honesto & congruo. Tum vxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio pertulit,

Suspicio ingentis mali. Tot meas iniurias quæ nūquā in vllo patefecit loco:

Sed magnum nescio quid necesse est euenisse Parmeno,

Vnde ira inter eas intercessit, quæ tā permansit diu.

Serui responsio ad vltimā tantum partem. PAR. Hoc quidem hercle * paruum est: si vis verè veram rationem exsequi,

*paruum. Non maxumas, quæ maxumæ sunt interdum iræ, iniurias

Faciunt: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est,

Cùm de eadem caussa est iracundus factus inimicissimus.

ßimus.
Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxijs iras gerunt?
Quæ propter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia:
*Fortaſſe vnum aliquod verbum hanc inter eas iram *conciuerit.*
PAM. Abi Parmeno intrò, ac me veniſſe nuncia. PAR. hem quid hoc? PAM. tace.
Trepidari ſentio, curſari rurſum prorſum: agedum ad fores
Accede propius. PAR. hem, ſenſiſtin'? PAM. noli fabularier.
*Pro Iupiter, audio clamorem. PAR. tute loqueris, *me vetas?*
M. Tace obſecro mea gnata. PAM. matris vox viſa eſt Philumenæ.
Nullus ſum. PAR. quidum? PAM. perij PAR. quã ob rem? PAM. neſcio quod magnum malum
Profectò Parmeno me celas. PAR. vxorẽ Philumenã
Pauitare neſcio quid, dixerunt: id ſi forte eſt, neſcio.
PAM. Interij: cur mihi id non dixti? PAR. quia non poteram vnà omnia.
PAM. Quid morbi eſt? PAR. neſcio. PAM. quid? nemóne medicum adduxit? PAR. neſcio.
PAM. Ceſſo hinc ire intrò, vt hoc quamprimũ, quid quid eſt, certum ſciam?
Quonam modo Philumena mea nunc te offendam affectam?
Nam ſi periculum vllum in te eſt, periſſe me vnà haud dubium eſt.
PAR. Non vſus facto eſt mihi nũc, hũc intrò ſequi.
Nam inuiſos omneis nos eſſe illis ſentio:

Argumentũ à ſimili.
**cõſciuerit.*
Præmittit ſeruũ, ſolent enim mariti peregrè reuerſi, multis de cauſis ſuũ aduentũ præ nuntiare. Vide. Nã. M ſ. lib. 2.
Hic non ſolum Lucina non inuocatur, verùm ſilentium quoque ob furtiuum cõceptum inducitur.
Pauitare, id eſt, ægrotare.
Neſcio, inepta, & ſeruilis eiuſdem verbi repetitio.

Here, pro heri. — Herè nemo voluit Sostratam intrò admittere.
Si forte morbus amplior factus siet,
Argumentum loci. — Quod sanè nolim, maxumè heri caussa mei:
Seruom illico introiisse dicent Sostratæ,
Capiti .i. vita. — Aliquid tulisse comminiscentur mali.
*Capiti, atque ætati illorum, morbus qui auctu'sit:
*litem. — Hera in *crimen veniet, ego in magnum malum.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. Pamphilus tristior egreditur à Philumena, deprehenso eius partu, quem modis omnibus celare conatur, ac tegere.

Iambici octonarii catalectici.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

Magis laborat Terentius, vt bonã socrũ faciat, quam bonã meretricem.

S. Nescio quid iam dudu hic audio tumultuari misera:
Male metuo, ne Philumenæ magi' morbus aggrauescat:
Quod te Æsculapi, & te Salus, ne quid sit huius, oro.
Nunc ad eam visam. PAR. heus Sostrata. SO. ehem. PAR. iterum istinc excludere.
S. Ehem Parmeno, túne hic eras? perij, quid faciam misera?
Non visam vxorem Pamphili, cùm in proxumo hic sit ægra?

Dissuasio à sententia morali. — PAR. Non visas, nec mittas quidem visendi caussa quemquam.
Nã qui amat cui odio ipsus est, bis facere stultè duco:
Laborem inanem ipsus capit, & illi molestiã affert.
Caussa ab euentu. — Tũ autẽ fili⁹ tu⁹ introijt videre, vt venit, quid agat.
S. Quid ais? an venit Pamphilus? PAR. venit. SO. dijs
*grates. — *gratiam habeo.
Sostratæ affectũ sequitur — Hem, istoc verbo animus mihi redijt, & cura ex corde

de excessit. flo?

PAR. Iã ea te caussa maxumè huc nũc introire no-

Nam si remittent quippiam Philumenæ dolores,

Omnem rem narrabit, scio, continuò sola soli,

Quæ inter vos interuenit, vnde ortũ est initium iræ.

Atque eccum video ipsum egredi: quàm tristi'st. SO. ó mi gnate.

PA. Mea mater, salue. S. gaudeo venisse saluũ. saluan' Philumena est? PAM. meliuscule est. S. vtinam istuc ita dij faxint.

Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristis? PAM. recte mater.

SO. Quid fuit tumulti? dic mihi: an dolor repente inuasit?

PAM. Ita factum est. SO. quid morbi est? PAM. febris. SO. quotidiana? PAM. ||ita aiunt.

I sodes intro, consequar iam te mea mater. SO fiat.

PAM. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta.

PA. Quid? nõ sciunt ipsi viam, domum qua redeant? PAM. cessas?

Cautè respõdet partum celans, & [illegible] fingens.

Religiose mendacium ad rumorem retulit.

ACTVS. III. SCENA III.

ARG. Deliberat Pamphilus, velit vxorem recipere, an repudiare.

Trochaici octonarij & Iambici aliquot senarij.

PAMPHILVS.

NEqueo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,

Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,

Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus:

Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.

Nã modo me intrò vt corripui timidus, alio suspicãs

Morbo me visurum affectam, ac sensi esse, vxorem

Epitasis. Graue principium, vt ostendantur multa, & magna ærũnæ: Egregia querela Pãphili: estq; hæc propriè fabulæ protasis:

hei mihi,

Postquam me adspexere ancillæ aduenisse, ilico omnes simul

Læta exclamãt, venit, id quod me repẽte adspexerãt.

Sed continuò voltum earũ sensi immutari omnium.

Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.

Forte vna illarũ interea properè præcurrit, nũcians,

Me venisse. ego eius videndi cupidus recta consequor.

Postea quam introij, extemplo eius morbum cognoui miser.

Nam neq;, vt celari posset, tempus spatiũ vllũ dabat:

Neque voce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.

Hæc exclamatio ad vitij auctorem refertur.

Postquam adspexi, ô facinus indignum inquam: & corripui illico

Me inde, lacrũans, incredibili re, atq; atroci percitus.

Mater consequitur iam vt limen exirem, ad genua accidit,

Ostendit affectum misericordiæ suæ.

Lacrumans misera: miseritum est. profectò hoc sic est, vt puto.

Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus.

Hanc habere orationem mecum à principio instituit:

A nomine, & blandimento secreta cõfitetur.

O mi Pamphile, abs te quamobrẽ hæc abierit, caussam vides:

Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio quo improbo:

Nunc huc confugit, te atque alios partum vt celaret suum.

Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.

Quæquæ fors fortuna est, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,

Per eam te, obsecramus ambæ, si ius, si fas est, uti
Aduorsa eius per te tecta tacitaque apud omnes sient:
Si umquam erga te animo esse amico sensti eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam, te, uti sibi des pro illa nunc, rogat:
Ceterum de reducenda id fac, quod in rem sit tuam.
Parturire eam, neque grauidam esse ex te, solus conscius.
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus:
Tum, postquam ad te venit, mensis hic agitur iam septimus.
Quod te scire, ipsa indicat res. nunc si potis est Pamphile,
Maxumè volo, doque operam, ut clam partus eueniat patrem,
Atque adeò omneis. sed si fieri id non potest, quin sentiant,
Dicam abortum esse. scio nemini aliter suspectum fore,
Quin, quod verisimile est, ex te rectè eum natum putent.
Continuò exponetur: hic tibi nihil est quidquam incommodi: &
Illi misera indignè factam iniuriam contexeris.
Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quod dixi fidem.
Nam de redducenda, id verò neutiquam honestum esse arbitror:
Nec faciam: & si amor me grauiter, consuetudoque tenet.
Lacrumo, quæ posthac futura est vita, cum in mentem venit,
Solitudoque, ô fortuna, ut nunquam perpetuò es bona.
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.

Donatus, obtestamur. Ab anteacta vita.

Tentat etiam hoc, tamen verecundè.

Rationabiliter, mense scilicet septimo

Conclusio per narrationem

Exclamatio in Fortunam lubricam

Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo.
Adest Parmeno cum pueris: hunc minimè est opus
In hac re adesse: nam olim soli credidi,
Eam me abstinuisse in principio, cùm data est:
Vereor, si clamorem eius hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intelligat: aliquò mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

Quia & scire omnia vult, & nihil tacere.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. Narrat Sosia, quæ adierit maris pericula. Seruus Parmeno in arcem mittitur, ne parere Philumenam interim audiat.

Iambici senarii.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

PAR. Ain' tu tibi hoc incommodũ euenisse iter?
SO. Non hercle Parmeno verbis dici potest
Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est.
PAR. Itane est? SO. O ò fortunate, nescis quid mali
Præterieris, qui numquam es ingressus mare.
Nam, alias vt omittam miserias, vnam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cum interea semper mortem exspectabam miser:
Ita vsque aduorsa tempestate vsi sumus.
PAR. Odiosum. SO. haud clam me est: denique hercle ausugerim
Potius, quàm reddeam, si eò mi rediundum sciem.
PAR. Olim quidem te caussæ impellebant leues,
Quod nunc minitare vt faceres Sosia.
Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium:
Ite intro: ego hunc adibo, si quid me velit.
Here, etiam tu hic stas? PAM. equidem te exspecto. PAR. quid est?
PAM. In arcem transcurso opus est. PAR. cui homini? PAM. tibi.

Dictum in fugitiuum seruum.

PAR.

PAR. In arcem? quid eò? PAM. Callidemidē hospitē
Myconium, qui mecum vna aduectu'st, conueni.
PAR. Perij: vouisse hunc dicam, si saluus domum
Redisset vmquam, vt me ambulando rumperet.
PAM. Quid cessas? PAR. quid vis dicam? an conueniam modò?
PAM. Immò, quòd cōstitui me hodie conuenturū eū,
Non posse, ne me frustra illi exspectet: ||vola.
PAR. At non noui hominis faciem. PAM. at faciam, vt noueris:
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.
PAR. Cadauerosa facies. dij illum perduint.
Quid, si nō veniet? maneámne vsque ad vesperum?
PAM. Maneto: curre. PAR. nō queo. ita defessu'sū.
PAM. Ille abijt. quid agam infelix? prorsum nescio
||Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum: nam me miseret mulieris:
Quod potero faciam: tamen vt pietatem colam,
Nam me parenti potius, quàm amori obsequi
Oportet. at at at eccum Phidippum, & patrem
Video: horsum pergūt. quid dicam hisce, incertu' sum.

Celeritatem imponit, ne quid audiat.

Hoc magis in gestu exprimitur.

||Pamphili pietas, Pamphili honestas.

ACTVS III. SCENA V.

ARG. De reducenda Philumena inter senes agitur, Pamphilus reductur ū se negat. fert eam rem indignè Phidippus.

Trochaici octonarij & iambici senarij.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

LA. DIxtin' dudum, dixisse illam se exspectare filium?
PH. Factum. LA. venisse aiunt: redeat. PAM. quam caussam dicam patri,
Quamobrem non reducam, nescio. LA. quem ego hic audiui loqui?

PAM.

PAM. Certum obfirmare est viam me, quã decreui persequi.

LA. Ipsus est, de quo hoc agebam tecum. PAM. salue mi pater.

LA. Gnate mi, salue. PH. bene factum te aduenisse Pamphile,

Atque adeò, quod maxumum est, saluum atque validum. PAM. creditur.

LA. Aduenis modo? PAM. admodũ. LA. cedo, quid reliquit Phania

Consobrinus noster? PA. sanè hercle homo voluptati obsequens

Fuit, dum vixit: & qui sic sunt, haud multum hæredem adiuuant.

Sibi verò hanc laudẽ reliquit: vixit, dum vixit, bene.

LA. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus vna sententia?

PAM. Quidquid est id quod reliquit, profuit. L. immò obfuit:

Nam illum viuom & saluom vellem. PH. impune optare istuc licet.

Ille reuiuiscet iã numquã & tamẽ, vtrũ malis, scio.

L. Heri Philumenam ad se accersi hic iußit. dic iussisse te.

PH. Noli fodere. iußi. LA. sed iam eam remittet. PH. scilicet.

PAM. Omnem rem scio, vt sit gesta: adueniens audiui omnia. LA. at

Istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nunciant.

PAM. Ego me scio cauisse, ne vlla meritò cõtumelia

Fieri a vobis posset: idq; si nunc memorare hic velim

Quã fideli animo & benigno in illã & clementi fui,

Verè poßim: ni te ex ipsa id magi' velim rescisceere:

Namque eo pacto maximè apud te meo erit ingenio fides,

Auxesis ad salutem.

Aut auarus, aut iactabundus hæc dicit.

Patris auaritiam notat.

Huc tendebat tota oratio.

Imprecatio in rumigerulos

Argumentũ fortißimum

fides,

fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.
Neq; culpa hoc mea euenisse dißidiũ, id testor deos.
Sed quando sese esse indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuius mores toleret sua modestia,
Neque alio pacto potest componi inter eas gratia.
Segreganda aut mater à me est Phidippe, aut Philumena.
Nũc me pietas matris potiùs cõmodum suadet sequi.
LA. Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi accesit tuus,
Cùm te postputasse omnes res præ parẽte intelligo.
Verùm vide, ne impulsus ira praue insistas Pamphile.
PAM. Quibus iris nunc in illã impulsus iniquu' sim?
Quæ numquã quidquã erga me cõmerita est pater,
Quod nollem: & sæpe, quod vellem, meritam scio:
Amoq;, & laudo, & vehementer desidero:
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum.
Illiq; exopto, vt relliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam à me distrahit necesitas.
PH. Tibi id in manu est, ne fiat. LA. si sanus sies,
Iube illam redire. PAM. non est consilium, pater:*
Matris seruibo commodis. LA. quò abis? mane,
Mane inquã: quò vadis? PH. quæ hæc pertinacia est?
LA. Dixin Phidippe hanc rem ægrè laturũ esse eum?
Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres.
PH. Non credidi edepol adeò inhumanum fore:
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.
LA. Ecce autem, tu quoque proteruè iracundus es.
PH. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

Confirmatio cum protestatione.

Ex deliberatione conditionem colligit,

Totũ hoc facit ad catastrophen, vt auidius reducatur.

Excusatio repudij à necesitate.

**eam*

Leuis recusatio.

Inuidiosè in Phidippum.

LA.

LA. Decedet iam ira hæc. etsi meritò iratus est.
PH. Quia paullulum vobis accessit pecuniæ,
Sublati animi sunt. LA. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet, renuncietque hodie mihi,
Velit'ne, an non, vt alij, si huic non sit, siet.
LA. Phidippe, ades, audi paucis. abijt: quid mea?
Postremò inter se transigant ipsi, vt lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:
Quæ dico, paruipendunt. porto hoc iurgium ad
Vxorem: cuius fiunt consilio omnia hæc:
Atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè est, euomam.

Iratus hæc.

Præ ira noluit neque audire, neque respondere.

Nam ægros releuat vomitus.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. Obiurgat vxorem maritus ob celatũ filiæ partũ: hoc etiã, quod rescíscit de puero Phidippus, ad tumultũ augendũ facit, & vt Pamphilus vxorem recipere cogatur.

Iambici octonarii acatalectici, & catalectici & vnus quaternarius: item trochaici octonarii catalectici & acatalectici.

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

MY. PErij, quid agam? quò me vortam? quid meo respondebo viro
Misera? nam audisse vocem pueri visu' est vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quòd si rescíuerit peperisse, id qua caussa clam habuisse me
Dicam, non edepol scio.
Sed ostium cõcrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.
P. Vxor vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.
Atque eccam video. quid agis Myrrhina? heus, tibi dico. M. mihine
Mi vir? P. vir ego tuus? tu virum me, aut hominem adeò

Ostendit eũ cogitabundũ de filia.

adeò esse deputas?
Nam si vtrū vis horū mulier vmquā tibi visus forē,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. M. quibus?
P. at rogas?
Peperit filia: hem, taces? ex quo? M. istuc rogare æquom est patrem?
Perij: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?
P. Credo: neque adeò arbitrari patris est aliter. sed demiror,
Quid sit, quam ob rem tantopere hunc omnes nos celare volueris
Partum: præsertim cum & rectè, & suo pepererit tempore.
Adeò ne pervicaci esse animo, vt puerum praoptares perire,
Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore firmiorem,
Potius, quàm esset cum illo nupta aduorsus animi lubidinem
Tui? ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quæ te est penes.
M. Misera sum. P. vtinam sciā ita esse istuc. sed nūc mihi in mentem venit,
Ex hac re quod locuta es olim, cùm illum generum cepimus:
Nam nuptā filiam negabas posse te pati tuam
Cū eo, qui meretrices amaret, qui pernoctaret foris.
M. Quamuis caussam hunc suspicari, quàm ipsam veram, mauolo.
P. Multo prius sciui, quàm tu, illum amicam habere Myrrhina:
Verùm id vitium ego numquam decreui esse adolescentiæ:

Mira calliditas.

Inuidia ab infantis ætate.

Argumentū à prius dictis.

Nam

Aderit ſ. tempus.
Namid omnibus innatū eſt. at pol iam aderit, cùm
ſe quoque oderit.

Accuſatio à perſeuerātia
Sed vt olim te oſtendiſti eandem eſſe, nihil ceſſaſti
vſque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres, neu, quod ego egiſſem,
eſſet ratum.
Id nūc res indiciū hæc facit, quo pacto factū volueris.

Argumentū à veriſimili & à perſona idonea.
M. Adeon' me eſſe peruicacem cēſes cui mater ſiem,
Vt eo eſſem animo, ſi ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium?

Oratorie auctoritatem iudicibus adimit.
P. Tun' proſpicere, aut iudicare, noſtram in rem quod
ſit, potes?
Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntē ad amicā. quid tū poſtea,
Si modeſtè ac raro hoc fecit? nónne ea diſſimulare
nos
Magis humanum eſt, quàm dare operam id ſcire,
qui nos oderit?

Laudat hoc ipſum, quo accuſatus eſt Pamphilus.
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere,
Quicum tot conſueſſet annos: non tum eum hominem
ducerem,
Nec virum ſati' firmum gnatæ. M. mitte adoleſcentem
obſecro.

His verbis commentitia argumenta contemnit.
Et quæ me peccaſſe ais: abi: ſolum ſolus conueni:
Roga, velit ne, an nō vxorem. ſi eſt, vt dicat velle ſe,
Redde: ſin eſt autem, vt nolit, recte conſului meæ.

Hic eo accuſat eam, qua ſeipſam tutari credit.
P. Siquidem ipſe nō volt, & tu ſenſti eſſe in eo Myrrhina
Peccatū: aderā, cuius conſilio ea par fuerat proſpici.
Quam ob rem incendor ira, te eſſe auſam hæc facere
iniuſſu meo.
Interdico, ne extuliſſe extra ædes puerū vſquā velis.
Sed ego ſtultior, meis dictis parere hanc qui poſtulem:

Ibo intrò, atque edicam seruis, ne quoquam efferri sinant.

M. Nullam pol credo mulierē me miseriorem viuere,

Nam vt hic laturus hoc sit, si ipsam rem, vt siet, resciuerit,

Non apol clam me est: cum hoc, quod leuiu' est tam animo iracundo tulit:

Nec, qua via sententia eius mutari possit, scio.

Hoc mi vnum ex plurimis miserijs relliquom fuerat malum,

Si, puerū vt tolli, cogit, cuius qui sit nescimus pater:

Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non||quita est: *Antiquū dictum.*

Neque detractum ei tum quidquam est, qui post possit nosci, qui siet:

Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens anulum:

Simul vereor, Pamphilus ne orata nostra nequeat diutius

Celare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. Sostratę purgatio de Philumenæ abscessu. Eadem Sostrata rus abituram se filio pollicetur, ne impedimēto sit, quò minus redeat Philumena: Filius contra matri, ne id faciat, dissuadere conatur.

Iambici octonarij.

SOSTRATA, PAMPHILVS.

S. NOn clam me est, mi gnate, tibi me esse suspectam, vxorem tuam *Myrrhina paulò post accusabitur, donec palàm fiet vtranq; vacare culpa.*

Propter meos mores hinc abijsse: etsi ea dissimulas sedulò:

Verùm, ita me dij ament, itaq; obtingant ex te, quæ exopto mihi, vt

Numquam sciens commerui, meritò ut caperet odium illam mei:

Teq́, ante quàm me amare rebar, ei rei firmasti fidẽ.

Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris

A iusto, & honesto.

Præpositam amori tuo: nunc tibi me certum est contra gratiam

Referre, vt apud me præmiũ esse positũ pietati scias.

Verbis præmollit rem durã, quam dictura est.

Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodum famæ arbitror.

Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certò decreui patre,

Ne mea præsentia obstet, neu caussa vlla restet relliqua,

Quin tua Philumena ad te redeat. PA quæso quid istuc consili est

Illius' stultitia victa, ex vrbe tu rus habitatũ migres?

Dissuasio à persona, à caussa, à loco, à facto.

Haud facies: neque sinam, vt qui nobis mater maledictum velit,

Mea pertinacia dicat esse factũ, haud tua modestia.

Tum, tuas amicas te, & cognatas deserere, & festos dies

Mea caussa, nolo. S. nihil iam mi istæc res voluptatis ferunt:

Omnia Pãphili argumenta refellit.

Dum ætatis tempus tulit, perfuncta satis sum: satias iam tenet

Studiorum istorum: hæc mihi nunc cura est maxuma, vt ne cui meæ

Inuisam. quia & socrus, & quia anus.

Longinquitas ætatis obstet, mortémve exoptet meã.

Hic video me esse inuisam immeritò: tempus est concedere:

*Mores notat detractorum.

Sic optumè, vt ego opinor, omnes caussas præcidam omnibus,

Et me hac suspicione exsoluã, & illis morem gessero.

Quod abs-

Sine

Sine me obsecro effugere, volgus quod malè audit mulierum.

PAM. Quàm fortunatus ceteris sum rebus, || absque vna hæc foret,

Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem. S. obsecro mi Pamphile,

Non tute incommodã rem, vt quæque est, in animum inducas pati.

Si cetera sunt ita vt tu vis, itaque vt esse ego illam existumo,

Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam. P. væ misero mihi.

S. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me malè habet, quàm te gnate mi.

que hoc esset, in Captiuis Plautus, & infra in Phormione.

Dura patienter ferenda sunt.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. Reconciliantur, & omne bellum inter se componunt vir & vxor. Monetur Pamphilus, vt vxorem reducat.

Trochaici iambicique octonarij, senarius vnus, & quaternarius vnus.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

L. QVem cum istoc sermonem habureis, procul hinc stans accepi vxor:

Istuc est sapere, qui, vbicumque opus sit, animum possis flectere,

Quod faciundum fortasse sit post, idem hoc nunc si feceris.

Laches audierat verba Sostratæ ad filiũ habita.

S. Fors pol fuat. LA. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.

Fors, bona fortuna est.

S. Spero mecastor. LA. i ergo intrò, & compone, quæ simul tecum simul

Ferantur. dixi. S. ita vt iubes, faciam. PAM. pater.

L. Quid vis Pamphile? PAM. abire hinc matrem? minimè. L. quid ita istuc? PAM. quia

Dixi, perorationis verbũ.

De uxore incertus sum etiam, quid facturus siem. L. quid est?
Quid vis nisi reducere? PAM. equidem cupio, & vix contineo: sed
Non minuam meum consilium: ex usu quod est, id persequar.
Credo, si non reducā, ea gratia cōcordes magis fore.
L. Nescias: verum id tua refert nihil, utrum illæ fecerint,
Quando hæc abierit: odiosa hæc ætas est adolescentulis:
E medio æquom excedere est: postremò iam nos fabulæ
Sumus Pamphile, senex, atque anus.
Sed video Phidippum per tempus egredi: accedamus.

Per tempus, id est, opportune.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. Natum puerum Laches rescifcit, Pamphilum ad recipiendum uxorem ambo senes hortantur, ille negat, meretricis amorem incusat pater.

Iambici senarii

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

P. Tibi quoque adepol sum iratus, Philumena,
Grauiter quidem; nam hercle abs te factum est turpiter:
Et si tibi caussa est de hac re, mater te impulit:
Huic vero nulla est. L. oportune te mihi
Phidippe in ipso tempore ostendis. PH. quid est?
PAM. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?
L. Dic filiæ, rus concessuram hinc Sostratam:
Ne reuereatur, minus iam quo redeat domū. P. ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrina hæc sunt mea uxore exorta omnia.

Transfertur culpa in alteram anu. Ostenditur & matri, et socrui esse iratus, quod filia a marito discesserit

Traductio criminis

PAM.

PAM. Mutatio fit. PH. ea nos perturbat Laches.
PAM. Dum ne reducã, turbent porrò, quam velint.
PH. ||Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sane perpetuam volo:
Sin est, vt aliter tua siet sententia,
Accipias puerum. PAM. sensit peperisse: occidi.
L. Puerũ? quem puerum? PH. natus est nobis nepos:
Nam abducta à vobis||prægnans fuerat filia,
Neq; fuisse prægnantẽ vnquam ante hunc sciui diẽ.
L. Bene, ita me dij ament, nuncias: & gaudeo
Natum illum, & tibi illam saluã: sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos'ne hoc celatos tamdiu? nequeo satis,
Quam hoc mihi videtur factum praue, proloqui.
PH Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches.
PAM. Et si iam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non est, cum eam consequitur alienus puer.
L. Nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatio est.
PAM. Perij. L. hunc videre sæpe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit: habeo gratiam dijs. PAM. nullu'sum.
L. Reduc vxorem, ac noli aduorsari mihi.
PAM. Pater, si illa ex me liberos vellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, satis certò scio,
Non me clam haberet, quæ celasse intelligo.
Nunc, cum eius alienum esse a me animum sentiam,
Nec conuenturum inter nos posthac arbitrer,
Quamobrem reducam. L. mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit: mirandumne id est?
Censen' te posse reperire vllam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?
PH. Vosmet videte iam Lache, & tu Pamphile,
Remissam opu'sit vobis, an reductam domum:

Ego, grauis orationis initium.

||Nã liberi patrem sequuntur.

Pierius, & Bembus prægnas.

Pierius in illud Virg. 8. Aen. Pallas huic filius vna, legit: Neq; fuisse vnquam ante hunc: Bẽb. vero. Nec fuisse prægnatam ante hunc vnquã

Reprehensio cũ contẽptu.

Vrgetur Pãphilus pueri mentione.

Tandem alterã disci dij caussam commentus est.

A deriuatione caussa.

Vxor quid faciat, in manu non est mea:
Neutra in re vobis difficultas a me erit.
Sed quid faciemus puero? L. ridiculè rogas.
Quidquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,
Vt alamus nostrum. PAM. quem ipsa neglexit, pater
Ego alam? L. quid dixti? eho, an non alemus, Pamphile?
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimuero prorsus iam tacere non queo.
Nam cogis ea, quæ nolo, vt præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut, quid sit id, quod solicitere ad hunc modum?

Extrema cõflictatio epitaseos.

Primum hanc vbi dixti caussam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc vxorem domi:
Pollicita est ea se concessuram ex ædibus.
Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi caussam vides:
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.

Ab antè actu.

Aliquãdo tandem huc animum vt adiungas tuum,
Quam longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos fecisti in eã, quàm animo æquo tuli?

Agit, qui instater petit: orat, qui demisse precatur.

Egi, atque oraui tecum, vxorem vt duceres:
Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.
Quæ tum obsecutus mihi fecisti vt decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum:
Cui tu obsecutus, facis huic adeò iniuriam.

Tecũ, pro te: archaismus.

Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video esse. PAM. méne? LA. te ipsum. & facis iniuriam,

Comicus character.

Cum fingis falsas caussas ad discordiam,
Vt cum illa viuas, testem hanc cum abs te amoueris:
Sensitq; adeò vxor: nam ei caussa alia quæ fuit,
Quamobrem abs te abiret? PH. planè hic diuinat:

Testem vocat, non impeditricem.

nam id est.
PAM. Dabo iusiurādū nihil esse istorū tibi. LA. ah,
Reduc uxorem, aut quamobrem non opus sit, cedo.
PAM. Non est nunc tempus. LA. puerum accipias: nam is quidem
In culpa non est. post de matre videro.
PAM. Omnibus modis miser sum: nec, quid agā, scio.
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc, præsens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniussu non tollent meo,
Præsertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.
LA. Fugis? hem, nec quidquam certi respondes mihi?
Num tibi videtur esse apud sese? sine:
Puerū Phidippe mihi cedo, ego alam. PH. maxumè.
Non mirum fecit uxor, si hoc ægrè tulit:
Amaræ mulieres sunt, non facilè hæc ferunt.
Propterea hæc ira est: nam ipsa narrauit mihi:
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere:
Neque ei credebam primò: nunc verò palam est
Nam omnino abhorrere animū huic video à nuptijs.
LA. Quid ergo agam, Phidippe? quid das consilî?
PH. Quid agas? meretricem hanc primùm adeundam censeo:
Oremus: accusemus grauius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea.
LA. Faciā ut mones. puer eho. curre ad Bacchidē hāc
Vicinam nostram: huc euoca verbis meis.
Et te oro porrò, in hac re adiutor sis mihi. PH. ah,
Iam dudum dixi, itidemq; nunc dico, Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si ullo modo est ut possit, quod spero fore.
Sed vin'ne adesse me una, dum istam conuenis?
LA. Immò verò abi, aliquam puero nutricem para.

ACTVS V. SCENA I.

Relicta quæstione ad rem redit.

Anxius Pamphilus abscedit ne rem aperire cogatur.

Hac, pellicatum scilicet, & adulteriū

Poëta festinat ad rerū cognitionem

Honestè dixit, ut seni congruit.

ARG. Bacchis & Laches colloquuntur. Hic illã accusat, quòd ad se recipiat filiũ: illa cõstãter negat. Mitem autẽ senẽ, & meretricem bonã inducit: & occasio est catastrophes.

Iambici octonarij acaltaectici & catalectici trochaici octonarii & vnus quaternarius.

BACCHIS, LACHES.

Occasio catastrophes.

BA. NOn hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velit.
LA. Videndum est, ne minus propter iram hanc impetrem, quàm possiem:
Aut ne quid faciam plus, quod me post minus fecisse satius sit.

Lene & molle prooemiũ.

Aggrediar. Bacchis, salue. BAC. salue Lacche. LA. credo edepol te
Non nihil mirari Bacchis, quid sit, quapropter te huc iussi
Foras puerum euocare.

Parelcon tertium

BA. Ego pol quoque etiam timida sum, cùm venit mi in mentem, quæ sim,

**tueor.*

Ne nomen mihi quæstus obstet apud te: nam mores facile tutor. (nã*
LA. Si vera dicis, nihil tibi pericli à me est, mulier:

Ambiguitas Cautio Lachetis.

Iam ætate ea sum, vt non siet peccato mihi ignosci æquom:
Quo magis, omnes res cautius ne temere faciam, accuro.
Nam si id nunc facis, facturáue es, bonas quod par est facere:

Inscitum, id est, ineleg ás

Inscitum offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquom est.

BA.

BA. Est magna ecastor gratia, de hac re quam tibi habeam. nam qui
Post factũ iniuriã se expurget, mihi parũ prosit. sed
Quid istuc est? LA. meum receptas filiũ ad te Pamphilum. BA. ah. — Propositio accusationis.
LA. Sine dicam. uxorem hãc prius quam duxit, vostrum amorem pertuli.
Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. nunc hic vxorem habet, — Parabat abitum Bacchis
Quare alium firmiorem tibi, dum cõsulendi tẽpus est.
Nam ille neque animo hoc erit ætatem, neque pol eadem ista ætate tu. — Permutatio rerum.
BA. Quis id ait? LA. socrus. BA. méne? LA. te ipsá: & filiam abduxit suam,
Puerumq́; ob eam rem clam voluit, *qui natus est, exstinguere. — *natus qui
BA. Aliud si scirem, qui firmare meã apud vos possem fidem, — Commendatio à persona
Sanctius quam iusiurandũ, id pollicerer tibi Laches: — Ab vtili
Me segregatum habuisse, vxore vt duxit, a me Pamphilum. — Ab honesto.
LA. Lepida es. sed scin', quid volo potius sodes facias? BA. quid eedo?
LA. Eas ad mulieres huc intrò, atque istuc iusiurandum idem
Polliceare illis: exple animum his, teq́ue hoc crimine expedi.
BA. Faciã. quod pol, si esset alia, ex hoc quæstu, haud faceret, scio, — Bona meretrix contra consuetudinẽ facit.
Vt de tali caussa nuptæ mulieri se ostenderet:
Sed falsa fama esse nolo gnatum suspectum tuum.
Nec leuiorem vobis, quibus est minime æquom, videarier
Immeritò: nam meritus de me est, quod queam illi

vt commodem:

LA. Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me redddit:

Suspicionem sua fatetur.

Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiam credidi.

Nunc cum ego te esse præter nostram opinionem cōperi,

Fac eadē vt sis porrò: nostra vtere amicitia vt voles.

Aposiopesis irati.

Aliter si fac'. sed reprimam me, ne ægre quidquam ex me audias.

Cominatio post citationi admista.

Verum te hoc moneo vnum, qualis sim amicus, aut quid possiem:

Potius quā inimicus, periclū facias. B. faciam sedulò.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. Quæ dudum Lacheti, eadem hæc Phidippo Bacchis promittit, se intrò abituram ad Sostratam & Myrrhinam, vt illis purgetur.

Iambici octonarij catalectici, & vnus quaternarius acatalecticus.

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

Post varia nutrici poscentis verba Phidippus ad generalem premissionem se confert, dicens, Nihil apud me.

PA. Nihil apud me tibi deferi patiar, quin, quod opus sit,

Benignè præbeatur.

Sed cum tu satura, atque ebria eris, puer vt satur sit, facito.

L. Noster socer, video, venit: puero nutricē adduxit.

Phidippe, Bacchis deierat persanctè. PH. hæccine ea est? LA. hæc est.

Meretrices irreligiosæ.

PH. Nec pol istæ metuunt deos: neque has respicere deos opinor.

Firmus argumentum.

BA. Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire,

Licet. hæc res hic agitur: me facere Pamphilo vt vxor redeat,

Oportet:

Oportet: quod si perficio, non pœnitet me famæ,

Solā fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitāt.

Non de adulterio, sed de nurus discessu.

LA. Phidippe, nostras mulieres suspectas falsò nobis

In re ipsa inuenimus: porrò hanc nunc experiamur. nam si

Compererit falso crimini tua se vxor credidisse,

Missam irā faciet: sin autem est ob eam rem iratus gnatus,

Quod peperit vxor clam, id leue est: citò ab eo hæc ira abscedet.

Profectò in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum.

Post discussionem hec infert.

PH. Velim quidem hercle. LA. exquire: adest: quod satis sit, faciet. BA. faciam.

PH. Quid istæc mihi narras? an quia non tute audisti dudum,

Correptio.

De hac re animus meus vt sit, Laches? illis exple modò animum.

LA. Quæso adepol, Bacchis, quod mihi es pollicita tute, vt serues.

BA. Ob eam rem vis ergo intrò eam? LA. i, atq; exple animum his, vt credant.

BA. Eo: etsi scio pol his fore meum conspectum inuisum hodie:

Nam nupta meretrici hostis, à viro vbi segregata est.

LA. At hæ amicæ erunt, vbi, quamobrem adueneris, resciscent. PH. atque

Aliæ persuadendi rationes.

Easdem amicas fore tibi promitto, rē vbi cognorint:

Nam illas errore, & te simul suspicione exsolues.

BA. Perij, pudet Philumenæ: sequimini me intrò huc ambæ.

LA. Quid mi est, quod malim, quàm quod huic intelligo euenire, vt

Gratiam ineat sine suo dispēdio, & mihi vna prosit?

Ostendit commune bonũ vtrique euenturum.
Rem ex amicitia senis: gloriam ex facto singulari.

Nam si est, vt hæc nunc Pamphilum verè ab se segregarit:
Scit sibi nobilitatẽ ex eo, & rem natã, & gloriã esse
Referetq; gratiam ei, vnaqúe opera nos sibi amicos iunget.

ACTVS. V. SCENA III.

ARG. Per anuli, quem Pamphilus dederat Bacchidi, cognitionẽ Philumena ab eo compressa ostenditur.

Trochaici iambicique octonarii catalectici.

PARMENO, BACCHIS.

*reputat

PAR. Æ *Depol ne esse meam herus operam* de*putat parui preti,*
Qui ob rem nullam misit: frustra vbi totum desedi diem,

Hoc à stomachante dicitur seruo, tãquã ab hero sit delusus.

Myconiũ hospitem dũ exspecto in arce Callidemidẽ.
Itaq; ineptus hodie dũ illic sedeo, vt quisq; venerat,
Accedebam: adolescens, dic dum quæso, tun' es Myconius?
Non sum. at Callidemides? non. hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque enim quemquam esse arbitror.
Deniq; hercle iam pudebat: abij. sed quid Bacchidem
Ab nostro affine exeũtẽ video? quid huic hic rei est?
BA. Parmeno, opportunè te offers, properè curre ad Pamphilum.
PA. Quid eo? BA. dic me orare, vt veniat. PA. ad te? B. immò ad Philumenam.

Prouerbium in curiosos percontatores.

PA. Quid rei est? B. tua qꝫ nil refert, percontari desinas.
PA. Nil aliud dicam? B. etiam: cognosse anulum illum Myrrhinam
Gnatæ suæ fuisse, quẽ mihi ipsus olim dederat. P. scio.

Tantúm.

Tantúmne est. B. tantum: aderit continuò, hæc vbi ex te audiuerit. Eclipsis

Sed cessas? P. minimè equidem: nam hodie mihi potestas haud data est: Minimè equidem, quasi dicat, Curre re nequeo

Ita cursando, atq; ambulãdo totum hunc cõtriu diẽ.

BA. Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie? Hic rei quam argumenti partem Bacchis sola secum memorat.

Quot commodas res attuli? quot autẽ ademi curas?

Gnatum ei restituo, qui pene harum ipsius opera periit:

Vxorem, quam numquam est ratus posthac se habiturum, reddo:

Qua re suspectus suo patri, & Phidippo fuit, exsolui.

Hic adeo his rebus anulus fuit initium inueniũdis. Anulus fabulæ nodum soluit

Nam memini, ab hinc menses decem fere ad me nocte prima

Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum.

Cum hoc anulo. extimui ilico: mi Pamphile inquam amabo.

Quid exanimatus es obsecro? aut vnde anulũ istum nactus?

Dic mihi. ille alias res agere se simulare. postquam id video:

Nescio quid suspicarier magi' cœpi: instare, vt dicat.

Homo se fatetur vi in via nescio quam compressisse:

Dicitq; sese illi anulum, dum luctat, detraxisse: Luctat, pro luctatur.

Eum cognouit Myrrhina in digito modò me habentem:

Rogat, vnde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio facta, Ab anulo, & narratione.

Philumenam esse compressam ab eo, & filium inde hunc natum.

Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor:

Et

Concludit fabulæ narrationem.

Et si hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in rem nostram,
Vt quisquam amator nuptijs lætetur. verum æcastor
Nũquã animũ quæsti gratia ad malas adducã partes.
Ego dum illo licitũ est, usa sum benigno, & lepido, & comi.

Honesta meretrix.

Incommodè mihi nuptijs euenit: factum fateor:
At pol me fecisse arbitror, ne id meritò mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint commoda, eiu' incommoda æquom est ferre.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. Pamphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione anuli, quẽ olim dederat Bacchidi. Eiusdem mirifice laudatur vxor.

Iambici octonarij & senarii, quaternarius vnus, trochaici aliquot.

PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

Quod miserè cupit Pamphilus, tardius ob affectum credere potest.

Sic fit in rebus subitis.

Amphibologicos ex affectu,

PAM. *Vide mi Parmeno etiam sodes, ut mi hæc certa & clara attuleris:*
Ne me in breue hoc coniicias tempus, gaudio hoc falso frui.
PAR. Visum est. PAM. certòne? PAR. certè. PAM deus sum, si hoc ita est. PAR. verum reperies.
PAM. Mane dum sodes. timeo ne aliud esse credã, atque aliud nuncies.
PAR. Maneo. PAM. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam,
Suum anulum habere Bacchidem. PAM. factum. PAM. eum, quem ego olim ei dedi:
Eaq́; hoc te nunciare mihi iussit: itáne factũ? PAR. ita inquam.
PAM. Quis me est fortunatior, venustatisq́; adeo plenior ego?

Tro

Pro hoc nuncio quid te donem? quid? quid? nescio.
PAR. at ego scio. PAM. quid?
PAR. Nil. nam neque etiam in nuncio, neque in me ipso quid sit boni,
Scio. PAM. egóne, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris, (putas.
Sinam sine munere à me abire? ah nimiū me ingratū
Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
Me expectat credo: adibo. B. salue Pamphile.
PAM. O Bacchis, ô mea Bacchis, seruatrix mea.
B. Bene factum, & volupe est. PAM. factis, vt credam, facis:
Antiquamq; adeò tuam venustatem obtines:
Vt voluptati obitus. sermo, aduentus tuus, quocumq; adueneris.
Semper siet. B. at tu ecastor morem antiquum, atque ingenium obtines,
Vt vnus hominum homo te viuat numquam quisquā blandior.
PAM. Ha, ha, he, túne mihi istuc? B. rectè amasti Pamphile vxorem tuam:
Nam numquam ante hūc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:
Perliberalis visa est. PAM. dic verum. BA. ita me dij ament Pamphile.
PAM. Dic mihi, harū rerum numquid dixti iam patri? BA. nil. PAM. neque opus est:
Adeò mutito: placet hoc non fieri itidem, vt in comœdijs,
Omnia vbi omnes resciscunt. hic, quos par fuerat resciscere,
Sciunt: quos non autem scire æquom est, neque resciscunt, neque scient.
B. Immò etiam, hoc qui occultari posse facilius credas,

Deliberantis est.

Laus Bacchidis.

Obitus, occursus.

Laus Pamphili.

Aemula formã laudat.

Harū rerum scilicet, de consuetudine nostra.

Quasi hæc Comœdia non sit, sed veritas.

dix, dabo:
Myrrhina ita Phidippo dixit, iureiurando se meo
Fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum. PAM. eſt optume:
Speroq; rem hāc eſſe euenturam nobis ex ſententia.
PAR. Here, licet ne ſcire ex te, hodie quid ſit quod feci boni?
Aut quid iſtuc eſt, quod vos agitis? PAM. nō. PAR. ſuſpicor tamen.
Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacto? PAM. neſcis Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna extraxeris.

Hoc, auget beneficij meritum. Iactantia ſeruilis.

PAR. Immò verò ſcio, neque hoc imprudens feci. PAM. ego iſtuc ſatis ſcio. PAR. an
Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto vſu' ſit?
PAM. Sequere me intrò Parmeno. PAR. ſequor. equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem vmquam.

Vos valete & plaudite.

FINIS.